Vigeſimò hoc Tutoris officium, ut omnis ſuſpicio circumveniendi Pupillum amoveatur, exigit, ut neque Tutor rem Pupilli emere poſſit, *L. ſi in emptione 34. ſ. fin. ff. de contrah. empt.* niſi palàm & authoritate contutoris talia bona mobilia emat. *Gloſſ. fin. in L. cùm ipſe tutor. Cod. de contrah. empt.* Land-Recht *tit. 5. art. 15. ibi ex text. & gloſſis.*

Vigeſimo primò Tutor ex tutela non debet ſibi lucrum facere.

Vigeſimo ſecundò vi officii ſui Tutor non tantùm tenetur de geſtis, ſed etiam de gerendis, & de actionibus non intentatis. *Gloſſ. 1. in L. tutori 20. Cod. de negot. geſt.* Non enim ſolùm, qui geſſerunt, ſed etiam, qui gerere debuerunt, tenentur actione Tutelæ, etiam de his, quæ à Contutoribus ſervari non potuerunt, ſi eos de ſuſpecto, cùm deberent, non accuſaverint. *L. certum eſt 1. Cod. ſi tut. vel curat. non geſſerit.*

Vige-

Siebenzehendens ist das Amt eines Vormunders so haiglich, daß, wann er einem in Vormundschaftlichen Sachen bevollmächtige, so gar auch die Nachläßigkeit dessen, deme er die Vollmacht ertheilet, ihne nicht entschuldige.

Achtzehendens muß das Amt eines Vormunders solcher gestalten von allen Eigennutz entfernet seyn, daß auch so gar ein solcher Vormunder, welcher die Gelder des Pupillens dessetwegen, weil er keine anständige Ort hiefür gefunden, todt ligen lasset, nicht könne entschuldiget werden, wann er angeklagt wird, daß er zu solcher Zeit seine Gelder in gute sichere Ort gebracht habe.

Neunzehendens wegen solchen Amt ist ein Vormunder gehalten, sowohl denen Knechten als freyen Unterthanen des Pupillen, und auch bisweilen Auswärtigen die Unterhaltung zu verschaffen, wann solches dem Pupillen fürträglich ist.

Zwanzigstens verlanget das Amt eines Vormunders, damit aller Verdacht, den Pupillen zu übervortheilen auf die Seithe geraumet werde, daß so gar der Vormunder selbst von dem Pupillen keine Sach oder Gut erkauffen könne, ausser daß offentlich und mit Gutheissen des Mit-Vormunders solche bewegliche Güter des Pupillen von einem Vormunder erkaufft werden. Land-Recht. *5. Tit. 15. Art.*

Ein und zwanzigstens muß kein Vormunder ihme einen Gewinn machen.

Zwey und zwanzigstens ist ein Vormunder laut seines obhabenden Amts nicht nur schuldig zu verantworten, was würcklichen geschehen, sondern auch jenes, was geschehen hätte sollen, und das Unterlassene; dann nicht nur dise, welche etwas gethan haben, sondern auch die, welche etwas hätten thun sollen, haben Actionem Tutellæ, oder die Klag der Vormundschaft zu beförchten, auch so gar um jenes, was sie von ihren Mit-Vormundern nicht haben erhalten können, wann sie dieselben, da sie es hätten thun sollen, des Verdachts halber nicht angeklagt haben. Drey-

Vigesimo tertiò hoc officium ita consulit Pupillis, ut lis jam inchoata cum Tutore defuncto se etiam ad hæredes ejusdem extendat, etiam ob admissam negligentiam. *L. hæredes tutorum 1. Cod. de hæredib. tutor.* alias dolo & culpa lata hæredes Tutoris semper conveniri possunt. *L. 2. Cod. de hæred. tut. ibique Gloss.*

Vigesimo quartò præter alia itaque plurima, quorum quædam obvia solùm adduximus, Tutoribus officium generaliter exigit, ut promoveatur bonum Pupilli, isque indemnis servetur, quod nostra Statuta Bavarica paucis exprimunt, quando Land-Recht *tit. 5. art. 1.* hæc verba habent: sollen ihnen nutzliche und taugliche Vormunder gegeben, und also die Kinder desto baß vor Schaden und Verderben gehüttet werden. Rationem autem, quòd officium Tutoris tam multifariam Tutori imponat obligationem, dat Imperator *in §. Tutores Instit. de obligat. quæ ex quasi contract. nasc.* quia hic ex quasi contractu tenetur.

§. Permissum est itaque III.

7 PRocedit jam Imperator, declarata definitione & Tutelæ & Tutoris, ad primum, quo Tutor datur, modum, nempè per Testamentum, quò omninò Pater defunctus non modò suis filiis & filiabus, sed & nepotibus & neptibus, nisi hi ultimi in potestatem Patris sui recidant, *Text. hic*, Tutorem dare potuit; & hic modus conferendi Tutelam præfertur reliquis duobus, scilicet Tutelæ Legitimæ & Dativæ, quia in talibus testamentô nominatis Tutoribus à Patre industria Personæ dicitur electa, *Gloss. 1. in L. si nemo 19. ff. de testament. tutel.* cùm ergo tali testamento in ordine ad tuendum Pupillum ipsus Pater consulat, tale paternum consilium semper filiis optimum leges existimârunt. *L. nec in ea 22. §. 4. ff. ad leg. Jul. de adulter. L. ult. Cod. de Curator. furios.*

8 Quam-

Drey und zwanzigstens machet das Amt eines Vormunders dem Pupillen solche Vorsehung, daß nach angefangenen Strit mit dem Verstorbenen Vormunder, solcher sich auch auf die Erben desselben erstrecke, welche auch wegen der Nachläßigkeit ihres Erblassers können gerichtlich geklaget werden. Ja so gar wegen Betrug oder gar grosser Schuld und Versehung kan ein Pupill allzeit wider die Erben seines Vormunders das Rechtliche vorkehren.

Vier und zwanzigstens nebst noch sehr vilen andern Obligenheiten, deren ich nur einige angezohen habe, begehret das amt eines Vormunders überhaupts, daß der Nutzen des Pupillen in allen Dingen befördert, und derselbe schadloß gehalten werden solle, welches unsere Chur-Bayrische Land-Rechten mit kurtzen Worten ausdrucken, Land-Recht *Tit. 5. Art. 1. Formalia:* sollen ihnen nutzliche und taugliche Vormunder gegeben, und also die Kinder desto baß vor Schaden und Verderben gehüttet werden. Die Ursach aber, warum das Vormundschafts Amt einem Vormunder so vilfache Verbindlichkeit aufburde, gibt Justinianus an die Hand, weil nemlich ein Gerhab oder Vormunder gleichsam durch einen stillschweigenden Vertrag oder Contract hierzu gehalten ist.

§. Permissum est itaque III.

Es fahret nun Kayser Justinianus, nach geendigter Beschrei- 7
bung sowohl der Vormundschaft als des Vormunders, weiters fort, und schreittet zu der ersten Weis, Vormundere anzuordnen, nemlich zu dem Testament, als durch welches ein Vatter seinen Kindern, sowohl Söhnen und Töchtern, als Encklen und Encklinen, wann dise letztere nach des Anherrn Tod nicht in dem Gewalt ihres Vatters zuruckfallen, Vormunder benennen kan; und dise Art in Bestellung deren Vormundern wird denen andern zweyen, Kraft deren nemlich die Vormundschaften entweders durch die Gesätze, oder durch die Obrigkeit ausgetheilet werden, vorgezogen, weil in solchen Vormundern der Fleiß deren Personen schon von dem Vatter ist erwählet, und ausgesucht worden; da also durch derley Testament der Vatter selbst zur Beschützung des Pupillen Vorsehung gethan, so haben die Gesätze solche vätterliche Vorsorg und Fürsehung jederzeit für die beste gehalten.

8 Quamvis autem etiam in Codicillis Tutores dari possint, si tales Codicilli Testamentô confirmentur, *L. Testamento 3. ff. de testament. tutel.* tamen de jure communi Tutor non potest dari Codicillis solis, ac nullo prorsus anteà conditô Testamentô. *L. 1. & seq. ff. & Cod. de testament. tutel. L. neque per epistolam 2. Cod. de confirm. tutor.* Sed in hoc differt Jus statutarium Land-Recht *tit. 5. art. 1.* quo non modò testamentô, sed qualibet ultima voluntate, consequenter & Codicillis Tutores dari posse conceditur per verba: **In Krafft eines Testaments oder letzten Willens.**

Ast dicit *hic* quidem Justinianus, permissum esse Testamentô dare
9 Tutores, sed neutiquam id illimitatè conceditur, quin non aliquæ conditiones ad hoc exigantur; sic requiritur

Primò ut Tutor in Testamento à Petre fuerit datus, Mater enim Testamentô Tutorem dare nequit, *L. peto Luci 69. §. mater 2. ff. de legat. 2.* nisi in casu, quo filium, cui dat tutorem, hæredem instituisset, tunc enim facta inquisitione talis Tutor confirmari debet. *L. Pater hærede 4. ff. de testament. tutel.* Quod aliàs non procedit de jure, sicut & Jura nostra Patria, Land-Recht *cit. tit. 5. art. 1. ad init.* Testamentô dare Tutorem soli Patri concedunt, *verb.* **wo der Vatter** ꝛc. ꝛc.

Secundò ut datio Tutoris per Testamentum valeat, exigitur, ut adeatur hæreditas, quia non adita hæreditate nil valet ex his, quæ Testamentô scripta sunt. *L. si nemo 9. ff. eod.* Quòd si verò ex pluribus hæredibus unus adierit, datio Tutoris ex Testamento statim valet, neque exspectatur, ut omnes adeant. *L. si nemo 9. mox citatâ.*

Ter-

Obwohl aber auch in denen Codicillen Vormunder verordnet 8
werden könten, wann solche Codicill durch ein Testament bekräfftiget werden, so ist doch Vermög der gemeinen Rechten die Setzung deren Vormundern in alleinigen Codicillen, und da vorhero gar kein Testament aufgerichtet worden, verbotten; in disem aber machet das Chur-Bayrische Recht einen Unterschied, welches nicht nur in einem wahren Testament, sondern auch in jedwederen letzten Willen, mithin auch in denen Codicillen Vormunder aufzustellen erlaubet, durch die Wort: in Kraft eines Testamens oder letzten Willens; Tit. 5. zu Anfang des 1. Art.

Nun erlaubet zwar hier Kayser Justinianus durch Testament
Vormunder zu setzen, es ist aber gleichwohl dise Erlaub nicht oh- 9
ne Ausnahm, sondern es werden hierzu gewisse Bedingnussen erfordert, worunter

Erstens ist, daß der Vormunder von dem Vatter in dem Testament gesetzet werde, dann die Mutter kan durch Testament keinen Vormunder benennen, ausgenommen im Fall, da sie den Sohn, deme sie einen Vormunder stellet zugleich für einen Erben einsetze, dann alsdann muß ein solcher Vormunder nach geschehener Untersuchung bekräftiget werden, welches ansonst Vermög deren Rechten nicht gebräuchig ist; gestalten auch die Rechte unsers Vatterlands Tit. 5. Art 1. ad init. dem Vatter allein die Macht, durch Testament Vormundere zu stellen vergonnen, mit denen Worten: wo der Vatter ꝛc. ꝛc.

Andertens ist zu gültiger Vormunder-Stellung durch Testament nothwendig, daß die Erbschaft angetretten werde, weil ausser dessen von allem deme, was in dem Testament, geschrieben ist, nichts gültet; wann aber aus mehrern eingesetzten Erben einer die Erbschaft angetretten, so erlanget solche Vormund-Setzung aus dem Testament alsogleich ihre Kraft, und wird nicht erwartet, bis sie von allen angetretten werde.

Tertiò depoſcitur, ut conſtituatur, vel potiùs denominetur certa & determinata Perſona in Tutorem, Tutor enim incertus Teſtamentô dari nequit. *L. tutor incertus 20. ff. de teſtament. tutel.*

Quartò neceſſe eſt, ut, qui plures habet filios, non uni vel alteri, pro Tutoris libitu, Tutorem conſtituat. *L. Tutor ita rectè 23. & L. ſi quis ita 16. ff. eod.* Circa quod tamen *ex poſteriore, hac cit. L.* obſervandum venit 1mò quòd, ſi quis Tutores dederit *Filiis*, etiam Filiabus natis & non natis dediſſe videatur: aliud foret, ſi dixiſſet *Filiabus*, quia tunc ſolis Filiabus dediſſe cenſeretur. 2dò ſi quis dederit *Filio* Tutorem, plures tamen habeat filios, omnibus Tutorem dediſſe reputatur. 3tiò quòd, ſi quis Tutorem dederit *Filiis & Liberis*, videatur etiam illis filiis dediſſe, quos habet apud hoſtes, ſi redeant, niſi aliud Teſtatorem ſenſiſſe probetur. 4tò quòd is, qui *Filiis ſuis* dedit Tutores, ſi ignoret, ſe unum v. gr. Titium filium habere, non videatur Titio dediſſe, quia de eo nil ſenſit. 5tò denique, quòd ille, qui dedit Filiis ſuis Tutores, non cenſeatur dediſſe illi filio ſuperſtiti, quem non ampliùs ſuperſtitem eſſe putabat.

Quintò Teſtamentô datum Tutorem idoneum eſſe oportet. *L. Matres 2. circ. med. Cod. quand. mul. tutel. offic. fungi pot. & Gloſſ. fin. ibid.*

Sextò Teſtamentum, quo datur Tutor, validum eſſe debet, tum quia id à Jure ſupponitur, tum quia Teſtamentum invalidum nihil operatur.

Drittens ist erforderlich, daß eine gewisse und benannte Person bestellet, und für einen Vormunder würcklich ausgesprochen werde, dann ein ungewisser Vormunder kan durch Testament nicht gesetzet werden.

Viertens ist nöthig, daß, wer, mehrere Söhne hat, nicht einem oder dem andern, nach des Gerhabers Belieben, einen Vormunder setze; wobey doch zu mercken ist 1mo daß, wann ein Vatter im Testament seinen Söhnen Vormunder geordnet hat, zu glauben seye, daß er solche auch denen sowohl gebohrnen als noch ungebohrnen Töchtern bestellet habe: ein anderes wäre, wann er gesagt hätte denen Töchtern, weil sodann denen Töchtern allein die Vormundere geordnet zu seyn verstanden werden. 2do wann einer seinem Sohn einen Vormunder gesetzet, er aber mehrere Söhne hat, so ist es sovil, als wann er solchen Vormunder für alle Söhne gestellet hätte. 3tio wann ein Vatter seinen Söhnen und Kindern Vormundere gegeben, so hat es die Meynung, daß er sie auch denen, welche sich bey dem Feind befinden, wann selbe zuruck kommen, gegeben habe, falls nicht eine andere Meynung des Testierers erwisen werden mag. 4to. Daß der jenige Vatter, der seinen Söhnen Vormundere bestellet, und nicht gewust hat, daß er einen Sohn zum Exempel, den Titium habe, auch dem Titio solche Vormundere gestellet zu haben nicht geglaubt werde, weil er auf selben nicht gedacht hat. 5to. Und endlich, daß ein Vatter, der seinen Söhnen Vormundere geordnet, solches nicht für einen noch übrigen und lebenden Sohn, welchen er nicht mehr übrig und bey Leben zu seyn glaubte, gemeynet, und verstanden habe.

Fünfftens muß auch der durch Testament geordnete Vormunder tauglich seyn.

Sechstens gebühret sich, daß ein solches Testament, in welchen Vormundere benennet werden, gültig seye, weil solches die Rechte voraussetzen, und ein ungültiges Testament von selbst nichtes würcket.

Septimò requiritur, ut per Testamentum Pupillo Tutor detur non deductis rebus, aut solummodò certarum rerum & bonorum, sed omnium, aliàs enim datio Tutoris inefficax est. *L. certarum 12. ff. de testament. tutel. & L. etsi datus 13. ff. eod.*

§. Cùm autem IV.

QUoniam per *L. qui in utero 7. & L. qui in utero 26. ff. de stat. homin. item per L. quod dicimus 231. ff. de Verb. signif.* Posthumi, dum de illorum commodo agitur, pro jam natis habentur, ideò
10 *hic* Imperator decernit, quòd etiam Posthumis Pater Testamento Tutores dare possit; *Text. hic & L. posthumi 3. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testam.* requiritur tamen ad validam talem Tutoris dationem, ut ij, quibus Tutores ita dantur, *in ea causa sint, ut, si vivis Parentibus nascerentur, sui hæredes, & in potestate eorum fierent. Text. h. l.*

§. Sed & si final.

LIcèt datio Tutoris, Filio jam emancipato à Patre in Testamento facta, de rigore Juris non subsistat, cùm non sit in potestate dantis, *suprà §. permissum 3. hoc tit. & hic*, talis tamen emancipato im-
11 puberi datus Tutor absque inquisitione à Judice confirmandus est. *Text. hic, & L. ut nec de 1. §. & si quidem 2. ff. de confirm. Tutor.* Sicut & sine inquisitione confirmatur Tutor filio naturali datus, cui Pater Testamentô aliquid reliquit. *L. naturalibus fin. Cod. de confirm. tutor.* Aliud est, si Pater tali filio naturali nihil reliquit, tunc enim cum inquisitione Tutor confirmatur. *L. naturali filio 7. ff. eod. tit.*

Occa-

Siebendens ist erforderlich, daß ein Vormunder in dem Testament nicht über die Person allein, oder nur über gewisse und absonderliche, sondern über alle des Pupillen Sachen und Güter gesetzt werde, dann ansonst ist solche Vormund-Satzung unkräftig.

§. Cùm autem IV.

Ollmal Vermög Römischen Rechts die jenige Kinder, welche erst nach dem Tod des Vatters gebohren, und zu Latein Posthumi, zu Teutsch aber Spätlinge oder Nachkinder genennet werden, in soweit es deren Nutzen betrift, für schon gebohrne geachtet werden. Als ordnet Justinianus in disem §. daß auch denen sel- 10
ben ein Vatter mittels Testaments-Vormunder ansetzen könne; doch, auf daß solche Vormunder-Setzung gelte, wird erfordert, daß dise, welchen die Vormunder also geordnet werden, in solcher Qualität und Beschaffenheit stehen müssen, daß, wann dieselbe noch bey Lebszeiten ihres Vatters wären gebohren worden sie dessen Erben, und in seinem Gewalt gewesen wären.

§. Sed & si Final.

OB zwar wohl die Setzung deren Vormundern durch Testament für die Freygegebene, oder aus Vätterlichem Gewalt entlassene Kinder nach Strengheit der Rechten nicht gültig ist, weil selbe nicht im Gewalt des Gebenden stehen, so ist doch ein solcher einem 11
freygegebenen unvogtbaren Sohn gesetzter Vormunder ohne Untersuchung von der Obrigkeit zu bestättigen. Gleichwie auch ohne Untersuchung ein Vormunder, so einem natürlichen Kind, welchem der Vatter durch Testament etwas hinterlassen, gesetzt worden, bekräfftiget wird. Ein anders aber ist, wann der Vatter einem solchen natürlichen Kind im Testament nichts hinterlassen hätte, dannsolchen Falls wird der Vormunder mit Untersuchung bestättiget.

Bey

Occaſione hujus quæres, ſuper quæ inquiſitio ſe extendat? Ad hoc reſpondet Hermogenianus *in primùm cit. L. naturali filio* 7. inquirendum eſſe, *an hic dederit, qui dare potuit, & ille acceperit, cui fuerat dandus, & is detur, cujus dandi facultas erat, & pro Tribunali Decretum interpoſitum.*

Utrùm autem Pater filio exhæredato Tutorem dare poſſit, videatur D. Kees *ad h. tit. num. 8.*

Bey diſer Gelegenheit wird villeicht gefragt werden, über was ſich dann die Unterſuchung erſtreche? Hierauf antwortet Hermogenianus, es ſeye nachzuforſchen, ob der jenige Vormunder geſetzet, der da hat ſetzen können? ob der jenige Vormunder überkommen, deme ſie zu ſetzen waren? und ob ein ſolcher Vormunder geſetzt worden, der da geſetzt werden könte.

Ob aber der Vatter einen enterbten Sohn Vormunder ſetzen könne, hierüber iſt der berühmte D. Kees in diſem Titul num. 8. zu beſehen.

TITULUS XIV.
Qui Teſtamentô Tutores dari poſſunt.
SUMMARIA.

N. 1. Quinam Naturâ prohibeantur eſſe Tutores in genere?
2. Et quinam à lege excludantur?
3. Filiusfamilias Teſtamentô Tutor dari poteſt,
4. De jure Bavarico etiam Fœmina.
5. Quid circa Tutelam Fœminæ delatam in Bavaria advertendum?
6. An ſervus Teſtamentô Tutor dari queat?
7. An Furioſus, & Minorennis?
8. Mater & Avia etiam Jure Communi Tutelæ capaces ſunt.
9. Tutor Teſtamentô ad tempus, ex tempore, & ſub conditione dari poteſt.
10. Quando Tutor Teſtamentô dari poſſit?
11. Tutor certæ rei vel cauſæ dari nequit.
12. Quibus detur Tutor, ſi detur filiis & filiabus?
13. Aut ſi detur liberis?
14. Quid, ſi Poſteris?
15. Vel ſi Poſthumis?
16. Aut ſi detur filiis,
17. Vel Filiabus?

AD

Vierzehender Titul.

Wer durch Testament als Vormunder gesetzt werden kan.

Innhalt.

N. 1. Weme die Natur von der Vormundschaft überhaupts ausschliesse?
2. Und weme die Gesätze?
3. Ein Hauß-Vatters-Sohn kan durch Testament Vormunder werden.
4. Und nach Bayrischen Rechten auch ein Weibs-Person.
5. Was bey einer solchen Vormundschaft in Bayrn zu bemercken?
6. Ob ein Knecht durch Testament könne zum Vormunder ernennet werden?
7. Ob die Minderjährige und Unsinnige?
8. Mutter und Anfrau mögen auch nach gemeinem Recht Vormunderinen seyn.
9. Die Vormundere können durch Testament auf ein Zeit, in einer Zeit, und mit Bedingnuß gesetzt werden.
10. Wann ein Vormunder durch Testament gesetzt werden möge?
11. Ein Vormunder kan keiner gewissen Sach oder Gut gegeben werden.
12. Weme der Vormunder gegeben seye, wann er Söhnen und Töchtern,
13. Oder wann er denen Kindern,
14. Oder denen Nachkömmlingen,
15. Oder aber denen Posthumis,
16. Weme, wann er denen Söhnen,
17. Oder denen Töchtern gesetzt worden?

Ein-

AD PRINCIPIUM.

§ V § Idetur quidem Rubrica hujus Tituli ſe univerſaliter ad omnes eos extendere, qui Teſtamentô Tutores aut dari, aut non dari poſſunt; Nigrum tamen ſolùm ſe porrigit ad Filiosfamilias, Servos, ac Minorennes, & ad certos modos dandi Teſtamentô Tutores. Et fortè ideò Juſtinianus has ſolas Perſonas in præſenti Titulo complexus eſt, quia de aliis, qui aut Natura, aut Lege Tutores eſſe nequeunt, aliunde vix dubium relinquitur. Sic certum eſt,
1 Naturâ prohiberi eos Tutores, qui uſum rationis non habent, aut mente capti ſunt, furioſus tamen Tutor datus poteſt intelligi ita valide, datus eſſe, cum ſuæ mentis eſſe cæperit. *L. furioſus 11. & L. complura 17. ff. de Tutel.* aut illum, qui adhuc eſt in impubertate, talis enim ipſus indiget Tutore, utpote quia ob ætatem ſe adhuc defendere nequit, ergo alium tueri, & per conſequens Tutorem agere incapax eſt. Sic pariter Naturâ à Tutela aſcentur ſurdi, muti, & cæci. *L. tutela 1. ∫. mutus 2. & ∫. ſurdum 3. nec non L. complura cit. ff. eod.*

2 Ulterius certum eſt, lege ab officio Tutelæ excludi Deportatos, & Banno Imperiali perculſos, quia hi unà cum Civitate omnia Juris Civilis Privilegia ac beneficia, quale etiam eſt Tutela, amittunt. *L. ſunt quidam 17. ∫. fin. ff. de pæn.*

Secundò fœminas, *L. fœminæ fin. ff. de tutel.* quia munus tutelæ virile & maſculorum eſt.

Ter-

Eingang.

Es scheinet zwar die Rubric dises Tituls sich überhaupts auf alle die jenige zu erstrecken, welche durch Testament als Vormundere gesetzt, oder nicht gesetzt werden können; jedoch breittet sich derselbe in seinem Begriff nur aus auf die Haus-Söhne oder Hauß-Vatters Söhne, Knechte, und Minderjährige, wie auch auf gewisse Arten, durch Testament Vormundere zu bestellen. Und villeicht hat Justinianus dise Personen allein dessentwegen in gegenwärtigem Titul angeführt, weil von denen andern, welche entweders von der Natur, oder von dem Gesatz, Vormundere zu werden, verbotten, ohnehin fast kein Zweifel übrig bleibt. Also ist gewiß, daß die Natur 1
jene von der Vormundschaft ausschliesset, welche den Gebrauch der Vernunft gar nicht, oder wenigstens nicht recht haben, doch wann derley als Vormunder gestellet worden, ist hierunter zu verstehen, wann sie nemlich widerum zu ihren Vernunft komen werden. Item jene, so selbst noch in der Unmannbarkeit sich befinden, dann dise bedärffen selbst noch eines Vormunders, weil sie sich Jugend halber zu beschützen, und mithin auch einen Vormunder abzugeben, nicht vermögend seynd; weiters die Taube, Stumme und Blinde.

Ferners verbietet das Gesatz denen jenigen die Vormund- 2
schaften, welche des Lands verwiesen, oder in den Reichs-Bann erkläret seynd, weil solche besamt dem Burger-Recht zugleich alle Freyheiten und Privilegien des Burgerlichen Rechts, als worunter auch das Amt der Vormundschaft begriffen, verlohren haben.

Andertens denen Weibern, weil das Amt der Vormundschaft männlich ist.

Tertiò Minores nondum completô vigesimô quintô ætatis annô, *§. item major 13. Instit. de excusat. tutor.* ferendum enim non est, eundem esse Tutorem, & simul constitui sub Cura. *L. nemo fin. Cod. de legitim. tutel.*

Quartò Milites, *§. id & in milite Instit. de excusat. tutor.* quia militiâ occupatus se tutelâ occupare non debet. *L. militiæ armatæ 4. Cod. qui dare tutor. vel Curator. poss.*

Quintò Episcopos, Religiosos, *Novell. 123. cap. 5.* nisi in casu, quo Personarum miserabilium tutelas suscipiunt. *Can. pervenit fin. distinct. 26.* Presbyteri tamen, Diaconi, & Subdiaconi lege cognationis & Jure Civili Tutelam gerere possunt, *Novell. cit.* quod tamen de Jure Canonico per *Can. neque apud Altare fin. distinct. 88.* non procedit.

Sextò infames, suspectos, & personas turpes. *L. Testamento 17. §. non omnimodo 1. ff. de testament. tutel.*

De his itaque Personis, cùm aliunde certum sit, eas à Tutela repelli, hìc non agit Imperator, sed ad Titulum præsentem, *qui Testamentô Tutores dari possunt*, imprimis respondet, non solùm Patremfamilias,
3 sed etiam Filiumfamilias dari Testamentô Tutorem posse, *Text. hic*, quia in causis publicis, qualis est Tutela, filiusfamilias habetur pro patrefamilias; *L. filiusfamilias 9. ff. de his, qui sui vel alien. jur. sunt.* in casu autem, quo filiusfamilias Tutor datus Tutelam malè administraret, & Pater tutelæ susceptionem agnovisset, Pater obligaretur in solidum: quòdsi verò solùm consensit, tunc solùm tenetur de peculio. *L. 21. ff. de administ. & peric. tut. L. si filiusfamilias 7. ff. de tutel.* ex qua L. etiam colligi potest, quando Pater agnovisse videatur.

Cæ-

Drittens denen Minderjährigen, die das 25ste Jahr noch nicht erfüllet haben, dann es wäre nicht zu gedulten, daß jener, so selbst noch unter der Obsorg stehet, die Stelle eines Vormunders vertrette.

Viertens denen Soldaten, weil, wer mit dem Soldaten-Leben beschäftiget ist, sich mit der Vormundschaft nicht mehr beladen kan.

Fünfftens denen Bischöffen, Mönchen ꝛc. ausgenommen im Fall, da sie elendige Personen in die Vormundschaft annehmen. Doch können Priester, und mit noch minderen Weyhen begabte Geistliche, nach dem Gesatz der Freundschaft, und in Folge des Weltlichen Rechts, sich der Vormundschaft unterziehen, welches ihnen aber die Geistliche Rechte hinwider abschaffen.

Sechstens denen ehrlosen verdächtigen und unehrlichen Personen.

Von disen Personen demnach (weil es ohnehin gewiß ist, daß sie von Vormundschaften ausgeschlossen) hat Justinianus allhier nicht gehandlet, sondern er beantwortet in disem Titul die Frag, wer durch Testament könne zur Vormundschaft gesetzet werden? mit nachfolgenden, und saget, daß nicht nur ein Hauß-Vatter, sondern auch ein Hauß- oder Hauß-Vatters Sohn durch Testament 3
als Vormunder angestellet werden möge, weil in offentlichen Angelegenheiten, wie die Vormundschaft eine ist, der Hauß-Vatters-Sohn selbst für einen Hauß-Vatter gehalten wird. Im Fall nun aber ein solcher Hauß-Sohn als Vormunder die Vormundschaft schlecht pflegete, und dessen Vatter hierein, nemlich in die Annehmung der Vormundschaft gewilliget hätte, so müste er der Vatter für alles haften, ausser solcher Agnition aber ist er nur soweit, als sich des Sohns eigenes Gut erstrecket, zu haften schuldig.

Ubri-

Cæterùm licèt aliàs is, qui in poteſtate eſt, alium in poteſtate habere non poſſit, *L. 21. ff. ad L. Jul. de adulter. coercend.* Sicuti tamen *hic* filiusfamilias ad tutelam admittitur, ita pariter, quamvis juxta ſuprà dicta de Jure communi Fœmina Teſtamentô Tutrix non detur,
4 nihilominùs Jure Bavarico, Land-Recht *tit. 5. art. 3.* Mater filiis ſuis Pactis vel Teſtamentô mutrix conſtitui poteſt, wäre ihr aber (ſcilicet Matri) die Vormundſchaft durch Geding oder letzten Willen, wie erſt angedeut, vertrauet ꝛc.

5 Circa quod tamen *ex primùm cit. art.* notandum venit, quòd tali Tutrici duo dari & adjungi debeant Aſſiſtentes, qui abſque juramenti obligatione Eidem Conſiliô & induſtriâ aſſiſtant, quibus etiam memorata Mater Tutrix annuatim rationes præſtare tenetur, quamvis fortè ab earum præſtatione in Pactis vel Teſtamento liberata fuerit. Quòdſi hi ipſi Aſſiſtentes videant, Tutelam ab illa non benè adminiſtrari, facta prævia ejusdem admonitione, rem ad Judicem competentem deferre debent.

Obſervandum ulteriùs eſt, quòd talis Teſtamento vel Pactis data Tutrix Mater Tutelam per ſecundas nuptias amittat ipſo jure, *Rath. de ſecund. nupt. part. 3. aſſert. 17. n. 1.* vel ſi impudicè vixerit. *Gail libr. 2. obſerv. 98. num. 16.* quod de Patre non procedit, hic enim, etſi ad alteras nuptias transeat, ſuorum tamen Liberorum legitimus Adminiſtrator & Tutor manet. *Arnold. Rhat cit. tract. aſſert. 20. & 21.* quamvis vigore Land-Recht *tit. 4. art. 3.* teneatur Liberis prioris matrimonii eine Auszeigung des Mütterlichen Guths zumachen.

§. Sed

Ubrigens obwohl ansonst der jenige, welcher selbst unter einem Gewalt stehet, einem andern in seinem Gewalt nicht haben kan, weil aber doch allhier der Hauß- oder Hauß-Vatters-Sohn zur Vormundschaft zugelassen wird, also auch obwohl, wie wir hieoben gesehen, kain Weib, nach Ausweisung der gemeinen Rechten, durch Testament zur Vormunderin bestellet werden kan, so wird 4
doch in unsern Chur-Bayrisch. Land-Rechten *tit. 5. art. 3.* denen Weibern sowohl durch Testament als die Ehe-Pacten die Vormundschaft eingestanden, und erlaubet in Kraft deren Worten: wäre aber ihr (nemlich der Mutter) die **Vormundschaft durch Geding, oder letzten Willen, wie erst angedeut, vertrauet.**

Wobey aber aus angezogenen Art. anzumercken komt, daß einer 5
solchen Vormunderin 2. Beyständere müssen gegeben werden, welche ohne aydliche Verbindlichkeit ihr mit Rath und Fleiß an die Hände gehen sollen, welchen beeden Beyständern auch sie Vormunderin jährliche Rechnung abzulegen schuldig ist, wann ihr schon in denen Ehe-Gedingen oder Testament solche Rechnungs-Ablegung nachgelassen wäre; und wann mehrgehörte Beyständere ersehen, daß sie Vormunderin den Nutzen deren Pupillen nicht nach Begnügen schaffe, so müssen sie solches, nach vorhergegangener Ermahnung bey der ordentlichen Obrigkeit anzeigen.

Weiters ist zu beobachten, daß eine solche Vormunderin und Mutter, dafern sie zur andern Ehe schreittet, alsogleich die Vormundschaft verliehre, oder auch, wann sie im Wittib-Stand ein unkeusches Leben führet; welches aber bey einem Vatter nicht Platz findet, massen diser, wann er sich schon weiters verheurathet, gleichwohl jederzeit der rechtmäßige Verwalter und Vormunder seiner Kindern verbleibet, jedoch also, daß er nach Anordnung des 4. Tituls 3. Articuls Chur-Bayrischen Land-Rechts ihnen seinen Kindern voriger Ehe eine Auszeigung des Mütterlichen Guts zu machen schuldig seye.

§. Sed & Servus I.

6 LIcèt Servus errore pro libero habitus Teſtamentô Tutor dari nequeat, *Text. hic* verb. *planè ſi per errorem*, cùm errantis nullus ſit conſenſus, poteſt tamen Servus cognitus ùt talis, ſeu *alienus*, ſeu *proprius*, per Teſtamentum Tutor nominari, *arg. L. teſtamento 21. ff. de teſtam. tutel.* circa quod tamen diſtinctio adhibenda eſt: nam Servus *proprius* Teſtamentô Tutor datus conſequitur directam libertatem, ſive conceſſio libertatis expreſſa ſit, ſive non expreſſa, cùm Tutela ſit Munus Civium Romanorum, unde conceſsâ Tutelâ etiam illud conceditur, quòd ad eandem neceſſariò ſpectat, *arg. L. cui jurisdictio 2. ff. de jurisdict.* nempè Libertas: niſi hæc verbis precariis eſſet conceſſa, *L. cùm fidei 9. ff. de fideicommiſſ. libertat.* aut niſi conditio in datione Tutelæ foret appoſita, *ſi liber erit*, quia tunc inutilis eſt datio libertatis. *Text. hic.* Si verò ſit datus Teſtamentô Tutor Servus *alienus*, ſubdiſtinguendum eſt: vel enim talis purè & abſolutè datus fuit, & tunc datio inefficax eſt, Servúſque libertatem non nanciſcitur, quia in illo nihil juris eſt Teſtatori, & Dominus Servi re ſua privandus non eſt: vel datus fuit ſub conditione, *ſi liber erit*, & eo caſu hujus dationis effectus eſt, quòd hæres à Teſtatore rogatus intelligatur, ut Servum emat, alióve modo manumiſſionem ipſius procuret, ut Tutor eſſe poſſit. *L. ſi hæreditas 10. ſ. Servus 4. ff. de Teſtam. tutel. Text. h. verb. ſed ita.*

§. Furioſus II.

DIctum quidem ſuprà *ad princip. h. T.* fuit, Minorennes ac furioſos non poſſe eſſe Tutores: intelligendum tamen id eſt de Tutela

gene-

§. Sed & Servus, I.

Obwohl ein Knecht, welcher aus Irrthum für einen freyen 6
Menschen gehalten wird, durch Testament zum Vormunder nicht gesetzt werden mag, so kan doch ein Knecht, welcher als ein solcher erkennet wird, er seye gleich ein des Testierers eigener oder ein frembder Knecht, mittels Testaments zur Vormundschaft bestellet werden; wobey jedoch der Unterschied zu machen ist, daß ein eigener Knecht, der durch letzten Willen zur Vormundschaft geordnet worden, eben andurch die gerade Freyheit erhalte, es seye die Ertheilung derselben im Testament ausgesprochen, oder nicht, dann weil die Vormundschaft ein Amt deren Römischen Burgern ist, so wird durch Verleyhung dises Amts auch alles, was hierzu erforderlich, mithin auch die Freyheit, zumal dise dabey nothwendig ist, verlyhen zu seyn eingestanden; ausgenommen es wäre die Freyheit mit bittlichen Worten ertheilet, oder aber in Benennung des Vormunders die Bedingnuß, wann er frey seyn wird, beygesetzt worden, massen alsdann die Freyheits Ertheilung unnutzlich seyn wurde. Wann aber ein frembder oder auswärtiger Knecht zum Vormunder beruffen worden, so ist weiters zu unterscheiden, ob ein solcher Knecht frey und ohne oder aber mit der Bedingnuß, wann er frey seyn wird, als Vormunder gegeben seye? Im erstern Fall ist die Vormundschafts Setzung unnutz, und erlanget der Knecht keine Freyheit, weil der Testierer über ihne kein Recht gehabt, und der Herr des Knechts seines Guts nicht beraubt werden kan. Im Fall des letztern aber, da nemlich ein frembder Knecht mit Bedingnuß zum Vormunder benennet worden, so würcket solche Vormund-Setzung so vil, als wann der Testierer den Erben gebetten hätte, daß er disen Knecht auskauffen, oder auf andere Art seine Loßlassung zuwege bringen solle, damit er Vormunder seyn könne.

§. Furiosus. II.

Es ist zwar hieoben gemeldet worden, daß die Minderjährige und Unsinnige zur Vormundschaft undichtig seyen, welches

generaliter ſumpta, aut quòd actu non poſſint exercere officium Tutelæ, quamdiu in minorennitate vel furore perſiſtunt.

7 Aliud eſt in Tutela teſtamentaria, nam Teſtamentô & furioſus & Minorennis Tutor dari poteſt, non quidem ut mox actualem Tutelam gerant, ſed tunc denique ad illam exercendam admittuntur, quando furioſus *compos mentis*, aut Minorennis major viginti quinque annis fuerit factus. *Text. hic;* tempore tamen intermedio, uſque dum nempè hic tutelæ adeundæ capaces fiant, alius Tutor à Judice dandus eſt, neque locum habet Tutela legitima, quamdiu ſperatur teſtamentaria. *L. ſi quis ff. de teſtament. tutel.*

Occaſione hujus, quia ſuperiùs dicta quoad furioſum & minorennem limitavimus, ut nempè hi Teſtamentô dari Tutores poſſint, pariter illud antecedenter de Fœminis aſſertum reſtringi oportet, quamvis enim hæ generaliter, & de Jure antiquo Tutrices conſtitui non potuerint, *L. tutelam 1. Cod. quand. Mul. tutel. offic. dari pot.* ut ſu-
8 prà *ad princip. Tit. h.* inſinuavimus, hodie tamen Mater & Avia Tutrices Teſtamentô nominari poſſunt, & non nominatæ admittuntur etiam ante Legitimos Tutores, modò renuncient SCto Velleiano, & ſecundis Nuptiis. *Authent. Matri & Aviæ Cod. dict. tit.* quod procedit, etiamſi Creditrices vel Debitrices filiorum ſint. *Authent. ad hæc Cod. eod.*

§. Ad certum tempus III.

9 TUtor non ſolùm in Teſtamento *ad certum tempus* dari poteſt, *L. ſi tutor datus 8. ff. de teſtament. tutel.* quo elapſo tutela finitur,

ſ. præ-

aber von der Vormundschaft insgemein zu verstehen ist, oder daß sie nicht würcklich solches Amt führen können, als lang sie minderjährig oder unsinnig verbleiben.

Anderst verhaltet sich die Sach bey der Vormundschaft, welche durch Testament angeordnet wird, dann also können sowohl die Minderjährige, als Unsinnige zur Vormundschaft bestellet werden, nicht zwar daß sie solches Amt alsogleich würcklich verwalten sollen, sondern sie werden erst alsdann darzu gelassen, wann der Unsinnige zu seiner Vernunft gelanget ist, oder der Minderjährige das 25ste Jahr vollendet hat; Unter der Zeit aber, biß dieselbe zu Verwaltung der Vormundschaft fähig werden, hat die Obrigkeit andere Vormunder zu bestellen, und findet die Vormundschaft-Stellung durch das Gesatz nicht Platz, so lang durch Testament Vormunder zu hoffen seynd.

Gleichwie nun das hieoben von denen Unsinnigen und Minderjährigen angezogene in etwas, und solcher massen erläutert worden, daß dise durch Testament der Vormundschaft fähig werden mögen, also müssen wir auch das jene, was von denen Weibern gesagt worden, noch besser erklären; dann obwohl selbe insgemein und nach alten Rechten keine Vormunderinen seyn konten, so darf doch 8
bey jetzigen Zeiten sowohl die Mutter als Anfrau durch Testament zur Vormundschaft angestellet werden, und so auch die Mütter mittels Testaments nicht benennt worden, so werden sie jedannoch, und zwar vor denen Vormundern, welche das Gesatz setzet, zugelassen, wann sich dieselbe des Velleianischen SCti und der anderten Ehe verzeyhen, welches auch statt hat, wann schon dergleichen Mütter würckliche Glaubigerinen oder Schuldnerinen ihrer Kindern seyen.

§. Ad certum tempus. III.

Ein Vormunder kan durch Testament nicht nur auf ein gewisse 9
Zeit gesetzt werden, nach deren Verfluß sich die Vormund-

§. præterea 5. Inſtit. quib. mod. tutel. fin. & alius tutor ſubrogatur, *L. ſi quis ſub Conditione 11. ff. de teſtament. tutel.* ſed etiam *ex certo tempore*, ita ut ante præfixum diem Tutelam, interea ab alio per Magiſtratum dato Tutore adminiſtratam, actualiter ſuſcipere nequeat. *Text. h.* & per hoc Tutela Teſtamentaria diſtinguitur ab ea, quæ datur per Magiſtratum, hæc enim non poteſt eſſe *ad tempus*, vel *ex tempore*, ſed certa eſſe debet, cùm non ſit, qui Magiſtratûs factum ſuppleat, quod in Teſtamentaria Tutela non contingit, iſta enim ſi data ſit *ad tempus*, eo dilapſo ſuccurrit Magiſtratus, aut ſi data ſit *ex tempore*, uſque ad illius temporis adventum iterum à Magiſtratu per alium tutorem ſuppletur. Similiter Tutela dari in Teſtamento *ſub Conditione* poteſt, qua impleta aut finitur, aut adminiſtratur Tutoris officium; in caſu tamen vel non adminiſtratæ, vel finitæ Tutelæ, alius Pupillo à Magiſtratu dandus eſt Tutor.

10 Ultimò denique *in hoc §.* decernitur, etiam *ante hæredis inſtitutionem dari poſſe Tutorem*, *Text. hic*, ſicut & nunc Legata ante hæredis inſtitutionem fieri poſſunt, *§. poſt mortem 35. Inſtit. de Legat.* quibus Tutela in plurimis aſſimilatur.

§. Certæ autem IV.

11 CUm Tutor non rebus vel cauſis, ſed perſonæ Pupilli detur, *L. quia perſonæ 14. ff. de teſtament. tutel.* per hoc enim diſtinguitur à Curatore, qui rebus datur, *L. Conſilio 7. ff. de Curator. furioſ. vel aliis &c.* ideò *hic* ſtatuitur, ut tutor certæ rei vel cauſæ dari non poſſit, *L. certarum rerum 12. ff. de teſtam. tutel.* & caſu, quo aliquis Teſtamentô Tutor certæ rei vel cauſæ daretur, tota datio non valeret, *L. & ſi datus 13. ff. eod.* Porrò Tutor univerſaliter datus

schaft endiget, und ein anderer Vormunder aufgestellet wird, sondern auch von einer gewissen Zeit an, also daß er vor den bestimmten Tag die Vormundschaft nicht antretten möge, und indessen die Obrigkeit einen andern Vormunder stelle; und durch dises wird die mittels Testaments gegebene Vormundschaft von jener, welche durch die Obrigkeit angeordnet wird, unterschieden, dann dise letztere kan nicht auf eine Zeit, oder von einer Zeit an bestellet werden, sondern muß gewiß und beständig seyn, weil da niemand ist, der das Thun der Obrigkeit ersetze, so doch in der Testamentlichen Vormundsatzung geschicht, dann wann dise auf eine Zeit gegeben, und solche Zeit verstrichen ist, so kommet die Obrigkeit mittels Ernennung eines andern Vormunders zu Hülf, oder wann sie aus oder von einer Zeit an bestellet, so wird sie biß zu Ankunft solcher Zeit wiederum von der Obrigkeit ersetzet. Gleicher massen können durch Testament die Vormundere unter einer Bedingnuß bestellet werden, nach dero Erfüllung die Vormundschaft entweders geendet, oder aber verwaltet werde; im Fall doch daß sie geendet, oder nicht verwaltet wird, ist von der Obrigkeit ein anderer Vormunder zuverordnen.

Letztlich wird in disem §. statuirt, daß auch vor der Erb- 10
Einsetzung durch Testament ein Vormunder ernennet könne werden, wie dermal auch die Vermächtnussen oder Legaten vor der Erbs-Ernennung gemacht werden mögen, welchen die Vormundschaft in den mehristen verglichen wird.

§. Certæ autem IV.

Weil der Vormunder nicht denen Gütern und Sachen, son- 11
dern der Person des Pupillen gegeben, und durch dises von einem Treustrager oder Versorger unterschieden, als welcher denen Gütern vorgesetzt wird, dahero ist allhier geordnet, daß der Vormunder nicht könne über ein gewisses Gut oder Sach bestellet werden, und da einer auf solche Art durch Testament bestellet wurde, so ist die gantze Bestellung nicht gültig; Von einem Vor-

munder

etiam rebus alio loco exiſtentibus datus eſſe intelligitur *arg. L. quod dicitur 4. ff. de tutel.* Rei tamen Affricanæ vel Syriacæ dari poteſt, *L. ſi tamen 15. ff. de teſtam. tutel.* cujus ratio eſſe videtur nimia locorum diſtantia, ob quam unus Tutor Tutelam ſatis adminiſtrare haud poſſet.

§. Si quis final.

12 PAter, dans *Filiis & Filiabus* Teſtamentô Tutorem, etiam *Poſthumis* dediſſe cenſetur, quia Filii & filiæ appellatione etiam poſthumus & poſthuma continetur; *Text. hic, & L. ſi quis filiabus 5. ff. de teſtam. tutel.* non tamen etiam nepotibus & neptibus dediſſe creditur, ſi declaraverit ſe verbis: *filiis* vel *filiabus do Tutorem*, quia ſub nomine filiorum nepotes non comprehenduntur, aliter enim filii,
13 aliter nepotes appellantur. *L. quòd ſi 6. ff. ibid.* Si verò *Liberis* dediſſet Tutorem, tunc non modò filii & filiæ, ſed & nepotes neptésque intelliguntur, *Text. h.* quia Liberorum nomine etiam nepotes ve-
14 niunt. *L. Liberorum 220. ff. de V. S.* ſicut ſi quis *Poſteris* dederit Tutorem, eo nomine tam liberi quàm poſthumi ac nepotes cenſentur. *Text. h.* ubi tamen obſervandum eſt, quòd tunc nepotibus non exiſtimetur dediſſe Tutorem, ſi poſt mortem avi recaſuri ſunt in poteſtatem Patris ſui, *§. permiſſum 3. Inſtit. ſuprà de Tutel.* cujus ratio ulterior eſt, quia nemo Tutorem dare cuipiam poteſt, niſi ei, qui poſt mortem dantis, tanquam impubes, abſque patria poteſtate foret.

15 Porrò ſi quis *Poſthumis* dederit Tutorem, non cenſetur dediſſe jam natis, quia *natus* & *poſthumus* eadem appellatione non continentur, & quia nominandô *poſthumos* de *natis* non ſenſiſſe judicatur, *arg. L. ſi quis ita 16. §. 3. ff. de teſtam. tutel.* & licèt talis poſthumus vivo adhuc Patre naſcatur, datio tutelæ tamen valet, *cit. L. ſi quis ita 16. §. fin.* interim tamen poſthumo datus Tutor non eſt Tu-

tor,

munder aber, welcher überhaupts und allgemeinlich gegeben worden, ist es dahin zu verstehen, daß er auch denen jenigen Gütern, die an einem anderwärtigen Ort entlegen, vorgesetzt seye, wann nicht die gar zu weite Entlegenheit Anlaß gibet, daß ein Vormunder der Vormundschaft begnüglich nicht vorstehen könne.

§. Si quis Final.

DA ein Vatter im Testament seinen Söhnen und Töchtern 12
Vormundere setzet, ist selbes also auszudeuten, daß er sie auch den Spättlingen oder Posthumis gegeben, weil dise letztere unter denen Worten Söhn und Töchter auch begriffen werden; doch ist solches nicht gleicher Gestalten auf die Encklen und Encklinen zu verstehen, indeme dise unter dem Namen Söhn und Töchter nicht eingeschlossen seynd. Wann er aber saget: ich setze Vormundere 13
meinen Kindern, so werden hierunter nicht nur die Söhn und Töchter, sondern auch die Encklen und Encklinen besamt denen Posthumis verstanden, zumal unter dem Namen der Kindern auch die Encklen zu rechnen kommen. Eben also wann ein Vatter meldet: 14
ich ordne meinen Nachkömmlingen Vormundere, so ist solches sowohl auf die Kinder und Posthumos, als auf die Encklen auszustrecken, jedoch dabey anzumercken, was massen alsdann nicht zu glauben, daß die Vormundere für die Encklen gleichfals gesetzet seyen, wann dieselbe nach des Anherrn Tod in ihres Vatters Gewalt zuruckfallen solten, dessen die fernere Ursach ist, weil niemand einem andern einen Vormunder setzen kan, ausgenommen einem solchen, der nach des Testierers Absterben, als ein Unvogtbarer, ausser vätterlichem Gewalt seyn wurde.

Weiters wann jemand denen Nachkindern oder *Posthumis* ei- 15
nen Vormunder bestellet hätte, so ist nicht darvorzuhalten, daß er solches auch auf die würcklich gebohrne Kinder gemeynet habe, weil ein Gebohrner und ein Posthumus unter einerley Benennung nicht begriffen seynd, und obschon ein solcher Posthumus auch noch bey Lebszeiten des Vatters gebohren wurde, so ist die Vormund-

 satzung

tor, nisi posthumus edatur, déque eo, quod gessit, antequam posthumus nasceretur, non tenetur actione Tutelæ, sed utili negotiorum gestorum substituto posthumi, eo non nato, vel etiam eo nato, si, priusquàm aliquid gereret, à tutela remotus sit. *L. si nemo 19. ∫. fin. ff. eod. & L. posthum. 24. ff. de Tutel. & Ration. distrah.* Si autem natus fuerit posthumus, tenetur Tutor judiciô Tutelæ etiam de eo, quod gessit, antequam ille nasceretur, *cit. L. si nemo 19. ∫. fin.* Non tamen omni posthumo Tutorem aliquis dare potest, sed illi tantùm, qui in ea causa sit, ut, si vivo datore nasceretur, suus hæres, & in ejus potestate fieret. *∫. cùm*
16 *autem 4. Instit. suprà de tutel.* Ultimò denique ad §. præsentem sciendum est, quòd licèt Pater, dandô *filiis* Tutorem, etiam filiabus dedisse censeatur, cùm masculinum contineat fœmininum, *L. verbum*
17 *1. & L. quisquis 116. ff. de V. S.* non tamen vicissim filiis dedisse creditur, qui *filiabus* Tutorem dedit. *L. si ita sit scriptum 45. ff. de Legat. & fideicomiss. 2.* rationem *in cit. L.* dat Pomponius *libr. 8. ad Quintum Mucium.*

TI-

satzung gleichwohl gültig, indessen aber ist ein solcher einem Posthumo gesetzter Vormunder kein Vormunder, ausser der Posthumus werde gebohren, gleichwie er auch um das jenige, was er vor des Posthumi Geburth gehandlet, nicht durch die Vormundschafts-Klag, sondern allein utili negotiorum gestorum actione von des Posthumi, da diser nicht gebohren worden, seinem nachgesetzten Erben, oder da mehrgehörter Posthumus zur Welt kommen, alsdann belanget werden kan, wann er von der Vormundschaft, ehe er noch etwas gehandlet und vollführet, entsetzet worden ist. Wann aber der Posthumus zu Geburt gebracht worden, so findet wider den Vormunder die Vormundschafts-Klag selbst Platz auch um jenes, was er vor solcher Geburt gethan. Jedoch kan ein Vatter nicht jedwederem, sondern nur einem solchem Posthumo Vormundere ordnen, welcher da, wann er bey Lebszeiten des Vatters gebohren, sein Erb und in dessen Gewalt seyn wurde. Endlich ist noch 16
zu wissen, daß, obwohl bey Gebung deren Vormundern denen Söhnen, solches auch auf die Töchter verstanden werde, weil das Masculinum, oder Männliche, auch das Fæmininum, oder Weib- 17
liche Geschlecht in sich begreifft, so ist doch im Gegentheil, da die Vormundere denen Töchtern gesetzt werden, solches auf die Söhne nicht auszulegen.

TITULUS XV.
De Legitima Agnatorum Tutela.
SUMMARIA.

N. 1. Quando Legitima Tutela detur?

2. Cur proximis Agnatis deferatur?

3. Differentia Juris Bavarici.

4. Mater & Avia Tutelam ſuſcipere poſſunt.

5. Quomodò eandem gerant?

6. Quinam Agnati & Cognati?

7. In quo Agnati à Cognatis differant?

8. Quid circa eosdem in ordine ad Tutelas obſervandum veniat?

9. Stante Teſtamento Tutela legitima locum habere poteſt.

10. Quando legitima Tutela tollatur?

Fünfzehender Titul.

Von der Vormundschaft, welche durch Gesätze denen Bluts-Befreunden verordnet wird.

Innhalt.

N. 1. Wann die Rechtmäßige Vormundschaft gegeben werde?

2. Warum selbe denen nächsten Befreunden übertragen werde?

3. Unterschied des Bayrischen Rechts.

4. Die Mutter und Anfrau können die Vormundschaft annehmen.

5. Wie sie selbe führen?

6. Wer die Bluts-Freund und Verwandte seyen?

7. In weme die Bluts-Freund von denen Anverwandten enschieden werden?

8. Was ihretwegen bey der Vormundschaft zu bemercken?

9. Nebst dem Testament kan auch die Rechtmäßige Vormundschaft Platz haben.

10. Wann dieselbe aufgehebt werde?

AD PRINCIPIUM.

CUm de Jure cautum ſit, ut homine non providente Lex provideat, ac ſuppleat, *arg. L. ſi ſe 4. ſ. ſi quis ff. de re judic. & Novell. 22. cap. 2. ſ. 1.* Ideò *hic* decer-
1 nitur, ut nullo per Teſtamentum dato Tutore Agnati ex lege XII. Tabularum Tutelam relictorum Pupillorum ſuſcipiant, ac adminiſtrent, *Text. h.* Unde, quia hæc Tutela à *lege*, defertur, vocatur *legitima*, ſicut & ejusmodi Tutores *legitimi* nominantur.

2 Rationem, cur onus Tutelæ deferatur proximis Agnatis, dat Ulpianus in *L. legitimæ 1. in princ. ff. de legitim. tutel.* hi enim, cùm ſperare poſſint Succeſſionem, pariter Bonis, ne dilapidentur, invigilare debent; ratio autem rationis deſumitur ex *Cap. 55. de R. J. in 6.* quia qui ſentit onus, ſentiat & commodum, & è contra: quod confirmatur *L. ſecundùm naturam 10. ff. de R. J.*

3 Jus noſtrum Bavaricum in hoc diſcrepat à Jure Communi; quamvis enim etiam apud nos proximi Conſanguinei in defectu Tutoris Teſtamentarii reſpiciantur, non tamen ipſo jure ſunt Tutores legitimi, ſed à Judice deſignari debent, habita conſideratione, quinam illorum ad Tutelam ſint magis idonei: Wo aber der Vatter denen Kindern nit Vormunder ſetzet, ſo ſoll die Obrigkeit den nächſten Freund von Vatter und Mutter, die darzu geſchickt ſeynd, verordnen. Land-Recht *tit. 5. art. 1.*

Dici-

Eingang.

DEmnach in Rechten ausgemacht ist, daß, im Fall die Menschen keine Fürsehung gemacht, die Gesätze solches thun, und ersetzen sollen, dahero wird allhier beschlos- 1
sen, daß, wann durch Testament kein Vormunder geordnet worden, die nächste Bluts-Befreundte und Verwandte solches Amt auf sich nehmen, und verwalten sollen. Disemnach eine solche Vormundschaft, weil sie durch das Recht gegeben wird, eine Rechtmäßige, und die Vormunder Rechtmäßige Vormunder genennet werden.

Die Ursach, warum der Vormundschafts-Last denen nächsten 2
Bluts-Freunden übertragen werd, ist, weil dieselbe, da sie eine Nachkommenschaft zu hoffen haben, gleichfalls Acht tragen sollen, damit die Güter nicht verschwendet werden. Die Ursach diser Ursach aber wird daher genommen, weil der jenige, so den Last ertraget, auch den Nutzen empfinden, und entgegen auch, wer den Nutzen empfindet, den Last ertragen müsse.

Die Chur-Bayrische Land-Recht seynd hierinfalls von dem 3
gemeinen Recht unterschieden; dann obwohl auch die nächste Bluts-Befreundte, da durch Testament keine Vormunder gesetzet worden, erkennet werden, so seynd sie doch nicht alsogleich Rechtmäßige Vormunder, sondern müssen von der Obrigkeit hierzu benennet, und auf dises gesehen werden, wer aus ihnen am tauglichsten seye: wo aber der Vatter denen Kindern nicht Vormunder setzet, so soll die Obrigkeit den nächsten Freund von Vatter und Mutter, die darzu geschickt seynd, verordnen. Land-Recht *tit. 5. art. 1.*

Es

Dicitur quidem in §. præſenti, deficiente Tutore teſtamentario
4 Tutelam deferri Agnatis; hodie tamen in Tutela legitima primum locum obtinent Mater & Avia. *Authent. Matri & Aviæ Cod. quand. mul. tutel. offic. fung. pot.* & quamvis talis Mater per *L. ſi pater fin. Cod. eod.* olim juramentum præſtare tenebatur, quòd non ſit ad ſecundas nuptias tranſitura, id tamen modò per *Authent. Sacramentum Cod. cit. tit.* non ampliùs requiritur, ſed ſufficit, ſi ſecundis nuptiis renunciet, iis enim contractis à Tutela expelleretur, *cit. Authent. Sacramentum*, & ſimul SCti Velleiani auxiliô ſe abdicet, *allegat. Authent. Matri & Aviæ*, quæ tamen renunciatio, abdicatióque, teſte *Balthaſar ad Jus Bavar. tit. 5. art. 3.* hodie non ampliùs in foro practicatur.

1mò denique cavendum Tutori, ne, si mutuavit pecûniam, Pupillo quondam suo aut Curatori ejus mandet, ut approbet mutuum, vel suscipiat, vel solutionem diutiùs exspectet, quia hoc faciens, etiam finitâ tutelâ, talis tutor teneretur mandati. *L. si verò 12. §. idem ait 15. ff. Mandat. vel Contr.*

Sciscitaberis *3tiò* quid Tutori circa alienationem rerum pupillarium attendendum sit?

11 ℟. ea, quæ sequuntur. *1mò* Tutor prædia rustica vel urbana pupilli alienare nequit. *L. Imperatoris 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. &c.* hic bona immobilia alienans, seu vendens &c. quoad alienationem nil agit, & ut suspectus à tutela removeri potest. *L. tutor quoque 3. §. Severus 13. ff. de suspect. tutor.*

2dò quamvis autem ordinariè Tutores bona immobilia alienare nequeant, id tamen possunt cum Decreto Judicis seu Magistratûs, *L. quæ tutores 22. Cod. de administrat. tutor.* sine cujus Decreti interpositione alienatio non valet. *Text. b.* Circa hoc Jura nostra Boica ita loquuntur, Land-Recht *tit. 5. art. 7.* und wo die Notdurft erfordern wurde, unbewegliche oder ligend Haab oder Güter zu verkauffen oder zu verändern, das soll durch Erkanntnuß der Obrigkeit, auf Vermeldung und Anzeigung der Ursachen geschehen, doch wo der Pflegkinder Güter vererbrecht, oder verleibt gewesen, mögen sie es ohne sondere Erkanntnuß der Obrigkeit wieder vererbrechten, oder zween Leib geben, oder sonsten verstifften, auf Maß und Gestalt sie zuvor verstifft gewesen, mit besserem Nutz der Pflegkinder. Aber ein Gut von neuem anders zu verstifften, als es zuvor verstifft worden, haben sie nicht Macht, ohne Vorwissen der Obrigkeit. Et hæc tam de Jure Communi, quàm Bavarico dicta adeò procedunt, ut non obstante denunciatione, à Matre emptoribus, ne emerent, facta, si Tutor ex justa causa rem pupilli immobilem cum Decreto Judicis vendiderit, venditio talis valeat, licèt in casu, quo Minor læsus fuisset, in integrum restitueretur. *L. Tutor 47. ff. de minorib. viginti quinque ann.*

Si-

11.mò endlich hiette sich ein Vormunder, daß, wann er solcherley entlyhen, er seinem gewesten Pflegkind oder dessen Treustrager nicht befehle, solches Darlehen zu bekräfftigen, anzunehmen, oder die Bezahlung zuverschieben, weil ein Vormunder, der dises thäte, auch nach Endung der Vormundschaft durch die Vollmachts-Klag hierzu gehalten wurde.

Drittens fragest du, was bey Veräusserung deren Gütern des Pflegkinds ein Vormunder in Obacht zu nehmen habe?

Antwort: Das jenige, was folget. 1.mò kan ein Vormunder weder die Stadt- noch Land-Güter seines Pflegkinds veräussern, dahero wann er unbewegliche Güter veräussert, oder verkaufft, &c. ist solches ungültig, und er als verdächtig von der Vormundschaft abzusöndern. II

Obwohl aber insgemein die Vormundere die unbewegliche Güter nicht veräussern können, so mögen sie doch solches mit Wissen und Erkanntnuß der Obrigkeit thun, ausser dessen die Veräusserung ungültig ist. Hierüber reden die Bayrische Land-Recht *tit. 5. art.* 7. nachstehender massen: und wo die Nothdurft erfordern wurde, unbewegliche oder ligend Haab oder Güter zu verkauffen oder zu verändern, das soll durch Erkanntnuß der Obrigkeit, auf Vermeldung und Anzeigung der Ursachen geschehen, doch wo der Pflegkinder Güter vererbrecht, oder verleibt gewesen, mögen sie es ohne sondere Erkanntnuß der Obrigkeit wieder vererbrechten, oder zween Leib geben, oder sonsten verstifften, auf Maß und Gestalt sie zuvor verstifft gewesen, mit besserem Nutz der Pflegkinder. Aber ein Gut von neuem änderst zu verstifften, als es zuvor verstifft worden, haben sie nicht Macht, ohne Vorwissen der Obrigkeit. Und dises hat sowohl nach gemeinen als Bayrischen Rechten solcher massen statt, daß, wann schon die Mutter denen Käuffern die Ankünd- oder Untersagung gethan hätte, daß selbe nicht kauffen sollen, der Kauff jedannoch gültig seye, wann der Vormunder aus billicher Ursach auf erhaltene Obrigkeitliche Erkanntnuß eine Pupillarische Sach verkaufft hat, jedoch also, daß der Pupill, wann er durch solchen Verkauff übervortheilet worden, in vorigen Stand wieder eingesetzt werden müste.

Sicut autem *3tiò* nulla Regula ſine exceptione, ita etiam quoad venditiones rerum immobilium limitatio datur, vi cujus etiam quandoque abſque Decreto Judicis Tutor rem pupillarem vendere, ac alienare poteſt. Sic licet Tutoribus alienare prædia ruſtica vel ſuburbana pupillorum etiam abſque Decreto Judicis, ſi hoc ipſis in Teſtamento fuit conceſſum, aut commiſſum. *L. Imperatoris Severi 1. §. & ſunt 2. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. &c.* in quo tamen caſu Tutoribus attendendum eſt ad formam alienandi in teſtamento datam, contra hanc enim vendere nequeunt, juxta *L. tutelam 7. Cod. de adminiſtr. Tutor.* quin imò hæc facultas alienandi rem pupillarem, Teſtamentô vel Codicillîs Tutori permiſſa, in tantum extenditur, ut alienatio abſque Decreto Judicis ſubſiſtat, etiamſi poſteà appareat Teſtamentum irritum. *L. Paulus fin. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. &c.* Pariter Tutores alienare poſſunt prædia ruſtica vel ſuburbana pupillorum, quando tantum eſt æris alieni pupillo, ut illud ex cæteris rebus ſolvi nequeat; quo caſu tamen Judex adeundus eſt, qui pro ſua Religione æſtimet, quæ alienari poſſint, quæve obligari debeant, manente actione pupillo, ſi poſteà potuerit probari, per mendacium impetratam fuiſſe à Judice alienationem. *cit. L. Imperatoris Severi 1. §. 2.*

4tò permiſſum eſt Tutori abſque Decreto Judicis vendere res pupilli, quæ ſervari non poſſunt, non tamen res hæreditarias intra tempus ſibi ad deliberandum nomine pupilli datum, licèt ſervabiles non ſint. *L. ait. Prætor 7. ff. de jur. deliberand.* quod in Bavaria eò uſque porrigitur, ut Tutores etiam ſupellectilem alienare valeant. Land-Recht *tit. 5. art. 7.* Sic etiam de Jure Communi Tutoribus abſque decreto Judicis vendere licet animalia ſupervacua, aut veſtes, quæ uſu detritæ, ſeu corruptæ, ſervandô ſervari nequeunt, neque pro his datur reſtitutio, *L. lex, quæ 22. Cod. de adminiſtr. tutor.* item fructus rerum minoris, eo tamen pretio, quod currit in loco, in

quo

Gleichwie aber 3 tiò keine Regul ohne Ausnahm ist, also kan ein Vormunder auch jezuweil ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß eines Pupillen Sach verkauffen, und veräussern. Also ist denen Vormundern erlaubt, die auf dem Land oder in einer Vorstadt gelegene Güter der Pflegkindern ohne der Obrigkeit Erkanntnuß zu veräussern, wann ihnen solches in dem Testament gestattet, oder aufgetragen worden, in welchem Fall aber sie Vormundere gleichwohl aufdie in dem Testament vorgeschriebene Veräusserungs-Art und Form Acht haben müssen, als wider welche dieselbe nichts thun, oder handlen därffen. Und dise einem Vormunder durch Testament gegebene Veräusserungs-Erlaub oder Auftrag erstrecket sich so weit, daß die Veräusserung auch ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß Platz greiffet, wann schon hinnach das Testament für ungültig erkennet werde. Weiters mögen von denen Vormundern die auf dem Land oder in Vorstädten ligende Grundstücke auch verkaufft werden, wann der Pupill also überschuldet ist, daß von dessen übrigen Sachen die Bezahlung nicht geschehen könne; jedoch müssen die Vormundere in solchem Vorfall die Obrigkeit belangen, damit dieselbe entscheide, und auszeige, was zu veräussern seye, und verbleibet dem Pupillen das Recht, wann hinnach gezeiget werden könte, daß die Veräusserungs-Bewilligung von der Obrigkeit durch Betrug oder Unwahrheit heraus gelockt worden seye.

4.tò kan ein Vormunder ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß jene Sachen, so nicht aufbehalten werden können, gleichwohl aber nicht die Erbschafts-Sachen unter der Zeit, die ihme im Namen des Pupillen zu Uberlegung gegeben worden, ob sie schon nicht aufzubehalten wären, verkauffen, welches in Bayrn, Besag Land-Rechts *tit. 5. art. 7.* so weit verstanden wird, daß die Vormunder auch den Haußrath veräussern können. Also mag auch ein Vormunder nach gemeinem Recht ohne der Obrigkeit Erkanntnuß das überflüßige Vieh, oder die Kleyder verkauffen, welche durch den Gebrauch abgetragen, oder verdorben, oder ansonst nicht aufbehaltlich seynd, und hierüber ist dem Pupillen keine Wiedereinsetzung (restitutio) übrig; ingleichen die Früchten von des Pupillen

Sachen

quo distrahuntur. *L. fin.* §. *ult. Cod. eod.* Unde si periculum instet, ne res pereant, & plures sint Tutores, Tutor ad vendendas res pupillares tempore taliter perituras non tenetur, nec debet expectare Contutores dissentientes, vel etiam se excusare volentes. *L. tutor, qui 7.* §. *1. ff. eod.* Res tamen mobiles, servandô servabiles, v. gr. aurum, argentum, gemmas, vestes, cæteráque mobilia pretiosa absque Judicis Decreto non alienet. *dict. L. lex, quæ 22. Cod. de administrat. tutor.*

5tò Attendat Tutor, ut res pupilli tempore perituras nec nimis præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione, sed cum quodam spatio moderato vendat, cùm aliàs ipsi periculum immineat. *cit. L. Tutor, qui 7.* §. *1. ff. de administr. & peric. tutor.* Caveat pariter, ne absque necessitate aut periculô interitûs res pupillares facilè in pecuniam redigat, quia ipsius pecuniæ fœnerandi usus vix continuus, vix diuturnus & stabilis est, & sæpè intercidente pecunia ad nihilum patrimonia Minorum deducuntur, ut ait *L. lex quæ 22. in fin. Cod. de administr. Tutor.*

6tò Tutor rem pupilli justè venditam sibi licitè retinet, si emptor pretium pro ipsa non solvit, & Tutor id de suo in utilitatem pupilli convertit; *L. Tutor rerum 56. ff. de administr. & peric. tutor.* licèt aliàs regulariter Tutor res pupillares sui pupilli emere non debeat, circa quod tamen Jure Patrio aliqua limitatio locum invenit, quæ in Land-Recht *tit. 5. art. 15.* his verbis insinuatur: Es mag kein Vormunder oder Versorger, in der Zeit der Vormundschaft, die Haab oder Güter, der er Vormunder ist, weder durch sich selbst, noch durch einig andere Mittels-Persohn kauffen. Es werde ihm dann solches durch die Obrigkeit wissentlich vergunt, oder aus Befelch derselben, der Pfleg-Kinder fahrende Haab, offentlich durch geschworne Käuffel, männiglichen feil gebotten, und verkaufft.

Sachen, jedoch um jenen Preiß, welcher damals an dem Ort herkommens ist, wo sie verkaufft werden. Wann demnach die Gefahr anscheinete, daß solche Früchten oder andere Sachen verderben möchten, und mehrere Vormunder wären, so kan ein Vormunder unter solcher Zeit, da es dem Verderben am nähisten gleich siehet, ohne die andere Mit-Vormunder oder ihre Einstimmung zu erwarten, zur Verkauffung schreitten, solcherley Sachen aber, welche unverderblich aufbehalten werden mögen, als Gold, Silber, Geschmuck, Kleyder, und andere bewegliche kostbare Stück, solle er ohne Obrigkeitliche Erkanntnuß nicht veräussern.

5.tò Seynd solche Sachen, die verderben könten, von denen Vormundern weder zu fürеylig noch auch zu langsam, sondern mit Maß und Zihl zu verkauffen, ausser dessen die Verantwortungs-Gefahr auf sie kommet; beynebens sollen dieselbe sich hietten, ohne Noth oder Verderbungs-Gefahr die bewegliche Sachen des Pflegkinds leichtlich zu Geld zu machen, weil der Gebrauch des wucherischen Gelds selten daurhafft, lang und beständig ist, und oftmal durch Verschlag des Gelds das Vermögen deren Pupillen geschwächet wird.

6.tò mag ein Vormunder eine des Pupillen auf gerechte Weiß verkauffte Sach für sich behalten, wann der Käuffer den Werth darfür nicht bezahlet, und solchen der Vormunder selbst von dem Seinigen zu Nutzen des Pflegkinds anwendet; obwohl ansonst gemeiniglich ein Vormunder die Sachen seines Pflegkinds nicht kauffen solle, über welches doch nach unseren Bayrischen Land-Rechten, *tit. 5. art. 15.* zu ersehen, folgende Einschränckung beschiehet: Es mag kein Vormunder oder Versorger, in der Zeit der Vormundschaft, die Haab oder Güter, der er Vormunder ist, weder durch sich selbst, noch durch einig andere Mittels-Person kauffen. Es werde ihm dann solches durch die Obrigkeit wissentlich vergunt, oder aus Befehl derselben, der Pflegkinder fahrende Haab, offentlich durch geschworne Keuffel, männiglichen feil gebotten und verkaufft.

7mò Tutor, si quid dolô fecit, vendendô vel permutandô rem pupilli majorî pretiô, potest pupillo adversùs ipsum experienti objicere exceptionem doli à se commissi, ex illóque contractu in tantum agere, in quantum pupillus ex dolo Tutoris factus est locupletior. *L. apud celsum 4. §. illa etiam 23. ff. de dol. mal. & met. except.*

8vò Abstineat Tutor à largitate in dandis muneribus ex rebus pupillaribus, cùm potestatem non habeat eas donandi, & si donaverit, dominium illarum à possidentibus vindicari possit. *L. non omni 16. Cod. de administr. Tutor.*

9nò Caveat itidem Tutor, ne res pupillares pluris justô pretiô vendat; si enim taliter vendiderit, ipsemet, non verò pupillus emptori actione ex empto tenetur. Quòdsi pupillus Tutore authore rem pluris per dolum vendiderit, pupillus quidem ex illo contractu in tantum, in quantum locupletior factus fuerit, in residuum autem Tutor obligatur perpetuò, etiam administratione deposita. *L. Julianus 13. §. sed cùm in facto 7. ff. de action. empt. & vend.*

10mò Res pupilli, si quam Tutor surripuerit, & vendiderit, usucapi non potest, priusquàm in potestatem pupilli denuò pervenerit, *L. qui fundum 7. §. si tutor 3. ff. pro emptor.* prout etiam, si Tutor rem aliquam absque Judicis decreto, in ordine ad alienationem requisito, vendiderit, Minor eam revocare potest, *L. etsi is, quem 9. Cod. de præd. & al. reb. minor. &c.* nisi præscriptio, vel ratihabitio post majorem ætatem intervenisset. *L. si sine decreto 2. Cod. si major fact. alienat. fact. &c.*

11mò Invigilare Tutorem oportet, ut debitis temporibus Canonem de bonis pupilli emphytheuticis solvat, Tutori enim imputatur, si res emphyteutica pupilli ob non solutum Canonem ad Dominum directum redeat. *L. si tutoris 23. Cod. de administrat. tutor.*

12mò

7.mò wann der Vormunder in Verkauffung oder Vertauschung einer Pupillarischen Sach um zu hohen Werth betrüglich gehandlet, kan er dem wider ihme deßwegen Klag führenden Pupillen die Einred eines Betrugs vorwerffen, und entgegen setzen, so fort in Kraft des nemlichen Contracts wider den Pupillen in so weit, als diser hierdurch vermöglicher worden ist, verfahren.

8.vò Enthalte sich ein Vormunder, in Schanckungen freygebig zu seyn, weil er nicht im Gewalt hat, des Pflegkinds Sachen zu verschencken; so er sich aber hiewider vergreiffet, können die verschenckte Sachen von denen Besitzern zuruck erhollet werden.

9.nò. gleichfals hiette sich ein Vormunder, das er die Sachen des Pupillen nicht höher, als um billichen Werth verkauffe, dann in solchem Fall ist der Vormunder selbst, und nicht der Pupill dem Kauffer den Schaden zu erstatten schuldig. Wann aber der Pupill selbst mit Autorität des Vormunders eine Sach über den billichen Preyß verhandlet hat, so muß der Pupill in so weit, als er hierdurch reicher geworden, um den Rest aber der Vormunder beständig, auch nach abgelegter Vormundschaft, hafften.

10.mò Wann ein Vormunder eine Sach seines Pupillen heimlich entwendet, und verkaufft hätte, so kan solcher Sach Nutz und Gewehr nicht ersessen werden, ehe und bevor sie in des Pupillens Gewalt wider gekommen seye, eben wie auch eine Sach, welche von dem Vormunder ohne Belangen und Erkanntnuß der Obrigkeit verkaufft worden, von dem Pupillen zuruck geruffen werden kan, ausgenommen, es wäre die Verjährung oder Bekräfftigung nach erlangtem vogtbaren Alter entzwischen gekommen.

11.mò muß ein Vormunder aufmercksam seyn, daß er zu rechter Zeit die Schuldigkeiten von des Pflegkinds Leib- Lehen- Erb- Rechts oder dergleichen Gütern abstatte, dann wann wegen Verschub solcher Abstattung ein Gut dem Herrn anheim fallet, muß der Vormunder hierum stehen.

12mò Si Tutor rem ſuam, tanquam rem pupilli, alicui tradidit, nulla eſt alienatio, nec dominium ejus ab illo receſſiſſe videtur, quia nemo errans rem ſuam amittit. *L. ſi procurator 35. ff. de adquir. rer. domin.*

13tiò Pignori rem pupilli obligare pariter prohibetur tutor, niſi pecunia in utilitatem pupilli recepta ſit. *L. tutor 16. ff. de pignorat. action. & L. Curator 3. Cod. ſi alien. res. pign. dat. ſit.*

14tò Similiter pro facto vel contractu ſuo proprio Tutor rem pupillarem obligare nequit, nec id præjudicat pupillo, niſi legitimæ ætatis effectus obligationem approbet. *L. ſi in rem 7. Cod. eod.*

Requires *4tò* quæ Tutori circa defenſionem Pupilli, aut rerum ejusdem incumbant?

12 ℟. incumbere eidem ſequentia. *1mò* Tutor vi ſui officii debet Pupillum defendere, ita quidem, ut ad hoc etiam cogi poſſit; tenetur namque defendere, ac reſpondere pro pupillo, *L. eum, qui res 3. Cod. de Procurator.* & per conſequens lites & actiones pupillorum activè & paſſivè ſuſtinere, *L. tutor 35. in princ. ff. de jurejur. & L. mandato 60. ff. de Procurator.* cùm omne illud judicium nullum ſit, in quo pupillus aut minor non defenditur. *L. jusjurandum 17. §. pupillus 1. ff. de jurejur. L. cùm & minores 4. Cod. ſi adversùs rem judic. &c. L. ſi cùm eſſet 1. Cod. qui legitim. perſon. ſtand. in jud. hab. L. clarum 4. Cod. de authorit. præſtand. L. acta 45. §. fin. & L. contra pupillum 54. ff. de re judicat. L. neque impuberes 22. ff. de in jus vocand.* Hæc obligatio defendendi pupillum etiam Jure Bavarico Tutoribus injuncta eſt, Land-Recht *tit. 5. art. 7. verſ.* auch haben ꝛc. hac tamen mox annexa cautela, ut ante talem defenſionem ſecuritatis & indemnitatis causâ prævie Jurisperitos interrogent, & conſulant, verb: doch daß ſie zuvor Rechts-Verſtändiger Rath pflegen, die Kinder, und derſelben Haab, in Recht zu vertretten, ihrenthalb durch ſie ſelbs, oder ihr vollmächtige Anwälde zeklagen und zeantworten. ꝛc.

2dò

12mò wann ein Vormunder eine eigene Sach, alswann selbe dem Pupillen gehörte, einem andern übergibt, so ist solches keine Veräusserung, sondern es verbleibt ihme das Eigenthum, weil durch Irrthum keiner seine Sach verliehret.

13tiò kan ein Vormunder keine Sach seines Pupillen verpfänden, ausgenommen, es seye das Geld zu Nutzen des Pflegkinds gebraucht worden.

14tò Eben also mag ein Vormunder für sein eigene Handlung keine Pupillarische Sach einem andern verbindlich machen, und schadet eine solche Verbindung dem Pupillen nicht, ausser er thäte dieselbe bey erlangtem rechtmäßigen Alter bestättigen.

Viertens wirst du erforschen, was einem Vormunder bey Beschützung der Person und Sachen seines Pflegkinds oblige?

Antwort: das jene, was folgt. 1mò muß ein Vormunder 12
seinen Pupillen zu Folge seines Amts beschützen, also zwar, daß er hierzu gezwungen werden könne, dann er ist schuldig solchem Schutz zu leisten, und für ihne zu antworten, folglich alle Strit-Händel des Pupillen ohne Ausnahm zu übernehmen, und zu vertretten, weil alle solche Gericht und Proceß null und nichtig seynd, in welchen ein Pupill oder Minderjähriger nicht beschützet wird. Dise Schuldigkeit den Pupillen zu beschützen, wird denen Vormundern auch in denen Bayrischen Land-Rechten *tit. 5. art. 7.* anbefohlen, mit diser beygesetzten Fürsorg, daß ein Vormunder vor solcher Beschützung oder Antritt eines Streit-Handels, Sicherheits und Schadloßhaltungs willen, Rechts-Gelehrte zu Rath nehmen solle: doch daß sie zuvor Rechts-Verständiger Rath pflegen, die Kinder, und derselben Haab im Recht zu vertretten, ihrenthalb durch sie selbs, oder ihr vollmächtige Anwälde zeklagen und zeantworten. rc.

2dò Tutor non solùm simpliciter aut obiter pupillum suum defendere, sed omni meliori modo id præstare debet; imprimis enim hoc ejus officio & obligationi ex necessitate, & non ex pura ac mera voluntate incumbit, *L. in omnibus 1. ff. de tutel. & ration. distrahend.* dein etiam Tutor non videtur rectè defendere, si non faciat ea, quæ faceret quilibet legitimus defensor. *L. generaliter 10. ff. de administr. & pericul. tutor. & L. à tutoribus 33. in princ. ff. eod.* Unde in defendendo pupillo ad præstandum dolum & culpam Tutor obligatur, *cit. L. in omnibus 1.* tantam enim in rebus pupillaribus litigiosis diligentiam adhibere debet, quantam in rebus propriis, *dicta L. in omnibus 1. ff. de tutel. & ration. distrab.*

Sufficit tamen *3tiò* si vel Tutor ipse per se defendat pupillum, vel pupillo semet defendenti authoritate sua præstò sit, neque tenetur præstare Cautionem de judicatum solvi, ad quàm aliàs defensores obligantur, neque cavere de rato, nisi quando dubitatur, an Tutor sit, aut an ei tutela commissa sit. *L. gerere 1. §. 1. ff. de administrat. & pericul. tutor. Gloss. in L. item eorum 6. §. fin. ff. quod cujuscunque univers. nomine &c. verb. dubitetur.*

4tò Quamvis autem Tutores, ut diximus, omni meliori modo pupillos tueri obligentur, prout tempore suæ creationis specialiter & expressè promittere debent, quòd defensionem Minorum sine dilatione ulla suscipiant, *L. sancimus fin. §. omnem 4. Cod. de administrat. tutor.* quod ipsum in Bavaria Tutoribus incumbit, vi Land-Rechts *tit. 5. art. 9.* hæc tamen defensio ut justa sit, & conscientiosa, requiritur, si enim causa pupilli injusta aut mala foret, Tutor Judici veritatem denunciare tenetur, *L. quoties 9. §. nec utique 6. & ibi Gloss. verb. denunciare ff. de administr. & peric. tutor.* & Tutor à Creditore conventus, si supervacaneam malàmve litem protegendam suscepit, honoraria & litis expensas pupillo imputare nequit, *cit. L. quoties 9. §. 6.*

5tò

2dò ist ein Vormunder verbunden, seinen Pupillen nicht nur überhaupts oder obenhin, sondern nach aller bessern Möglichkeit zu beschützen, dann ein solches stehet seinem Amt nicht bloß aus freyem Willen, sondern aus Nothwendigkeit zu, und leistet ein Vormunder dem Pflegkind nicht nach seiner Schuldigkeit Schutz, wann er jenes nicht thut, was ein rechtmäßiger Beschützer zu thun hat; dahero er in solcher Beschützung für allen Betrug und Schuld gut zu stehen verbunden ist, indeme ein Vormunder in strittigen Fällen und Händlen des Pupillens eben so guten Fleiß anwenden muß, als er in seinen eigenen Geschäften gebrauchen wurde. Jedoch ist

3tiò zu solcher Beschützung genug, wann der Vormunder selbst, und durch sich selbst dem Pupillen beschützet, oder dem sich selbst beschützenden Pflegkind mit seiner Authorität und Macht beystehet; es ist auch ein solcher Vormunder weder gehalten, Borgschaft zu leisten, daß er dem Bschaid gnugthun wolle, welche doch andere Beschützere zu leisten haben, noch für die Genehmhaltung Versicherung zu thun, oder gutzustehen, ausgenommen, wann gezweiflet wird, ob er würcklich Vormunder, oder ihme die Vormundschaft übertragen seye.

4tò obwohl nun die Vormunder das Pflegkind auf alle mögliche Art beschützen müssen, wie sie auch solches bey Annehmung der Vormundschaft ausdrucklich versprechen, daß sie die Beschützung deren Pupillen ohne allen Aufschub übernehmen wollen, und es ihnen nach denen Bayrischen Land-Rechten *tit. 5. art. 9.* gleichfalls obliget, so muß jedoch eben dise Beschützung gerecht und gewissenhaft seyn, dann wann es einen ungerechten oder üblen Handel betreffete, so ist der Vormunder schuldig, bey der Obrigkeit die Wahrheit anzudeuten, und kan in dem Fall, da er von einem Glaubiger des Pupillen mit Recht geklagt wird, und einen ungerechten Stritt zu verfechten auf sich genommen hat, dem Pflegkind die Stritts-Unkosten nicht aufrechnen.

5tò

5tò Cavendum Tutori, ne litem circa rem pupilli cœptam recuſet, aut ſubire differat; fieret enim ſuſpectus, & à Tutela removendus foret, damnúmque de proprio reſarcire deberet, *dict. L. ſancimus fin. in princ. Cod. de adminiſtrat. tutor.* & inſuper tanquam ob latam culpam, quæ dolo proxima dicitur, *L. impuberibus 7. ſ. ſi fraus 1. ff. de ſuſpect. tutor.* remotus fieret infamis, ſi doli in ſententia mentio fuiſſet facta. *ſ. ſuſpectus 6. Inſtit. & L. hæ enim cauſæ 4. ſ. 1. & 2. ff. eod.*

6tò In litigando pro pupillo Tutorem admodùm vigilantem ac circumſpectùm eſſe oportet, ſiquidem pupillo omne damnum refundere tenetur, quod iſte ob moram vel malitiam Tutoris in litigando eſt paſſus. *L. qui ſolidum 78. ſ. etiam 2. ff. de legat. & fidei commiſſ. 2.*

7mò Specialiter Tutori attendendum, ne in accuſatione Teſtamenti falſi ſuccumbat; quodſi contingeret, non ſolùm pupillo hæreditatis, quæ Fiſco applicaretur, jacturam accerſeret, verùm etiam eidem ad damni reparationem obligaretur, & ſimul de Calumnia puniretur. *L. Polla 2. Cod. de his, quib. ut indign. hæredit. auffer.*

8vò Laboret ſummoperè Tutor, ut omnes lites pupillares poſſibili cum celeritate finiantur, ſi enim negligens fuerit, aut ejus deſidiâ intra triennium cauſa non terminetur, de Jure communi perit Inſtantia, ſalvo minoribus jure remanente, & Tutor, vel ejus fidejuſſores, aut hæredes jacturam reſarcire debent. *L. properandum 13. ſ. ſin verò fin. Cod. de judic.*

9nò Tutor debita pupillaria vel depoſita repoſcens compelli non poteſt, ut ſatisdet, pupillum rem ratam habiturum. *L. Tutores 3. Cod. de adminiſtrat. tutor.*

10mò

5tò hat sich ein Vormunder zu hietten, daß er einen wegen pupillarischen Guts angefangenen Stritt nicht abschlage, oder anzutretten verschiebe, dann hierdurch könte selber verdächtig gemacht, von der Vormundschaft verstossen, und zu Ersetzung des Schadens angehalten werden; ja wann derselbe also wegen grober Nachläßsigkeit (welche dem Betrug am nächsten beygehet) von der Vormundschaft abgesetzet wurde, so wurde er ehrloß, falls in dem ergangenen Sententz von dem Betrug oder der groben Nachläßigkeit eine Meldung beschehen wäre.

6tò soll ein Vormunder in Führung deren Processen des Pupillens wohl fürsichtig und wachtsam darein gehen, dann er ist schuldig dem Pflegkind allen Schaden zu ersetzen, welchen selbes hiebey wegen Aufzüglichkeit, Saumsall, oder Boßheit des Vormunders zu erleyden hat.

7mò hat ein Vormunder sonderheitlich Obacht zu tragen, daß er in der Anklag eines falschen Testaments nicht unterlige, weil er hierdurch nicht allein den Pupillen die Erbschaft, als welche dem Fiscus zufallete, verliehren machete, sondern auch dem Pflegkind den Schaden erstatten, und überdiß wegen der verüebten Schmach gestrafft werden müste.

8vò wende ein Vormunder Mühe und Fleiß an, damit seines Pupillen Stritthändel mit aller möglichen Geschwindigkeit geendet werden, dann wann selbe durch seine Nachläßigkeit oder Faulheit inner 3. Jahren nicht zum Ausgang gelangen, so ist nach gemeinem Recht die Zeit verlohren, doch dergestalten, daß dem Pupillen das Recht frey verbleibt, und der Vormunder, dessen Borgen oder Erben den Schaden ersetzen müssen.

9nò ein Vormunder, so seines Pflegkinds ausstehende Schulden ein- oder die hinderlegte Gelder zuruckfordert, kan nicht gezwungen werden, Versicherung zu leisten, daß der Pupill solches genehm halten, und bekräfftigen werde.

10mò Tamdiu Tutor circa rem pupillarem non tenetur litem contestari, quamdiu non ipse, sed pupillus convenitur, solus enim Tutor agere, & conveniri pro pupillo debet *L. jusjurandum 17. §. 1. ff. de jurejurand.* Land-Recht *tit. 5. art. 9.* Unde quia hoc solùm Tutoribus competit, sequitur ulteriùs, eosdem omnia agere posse, quæ sequuntur; nempè nomine pupilli sine periculo ejus, quod ei in testamento relictum est, agere querelâ inofficiosi testamenti, vel de testamento falso, *L. adversùs 30. §. 1. ff. de inofficios. testam.* ad utilitatem pupilli novare, & rem in judicium deducere; *L. tutor ad utilitatem 22. ff. de administr. & peric. tutor.* item in causis pupillaribus non solùm possunt, sed etiam debent à sententia contra pupillum lata appellare, & appellationem persequi, secùs judiciô tutelæ tenentur pupillo pro indemnitate præstanda. *L. si bonam 11. Cod. de administr. tutor.* Similiter obligantur adesse minoribus, & agentibus, & pulsatis in Criminalibus causis, in quibus adultos & pupillos accusare, Leges concedunt. *L. clarum 4. Cod. de authorit. præst.* Pariter Tutor pupilli nomine, omnibus probationibus deficientibus, jusjurandum deferens audiendus est, *L. tutor 35. in princ. ff. de jurejur.* & si plures sint tutores, unus verô eorum in administranda tutela negligens, tunc reliqui, aut si duo tantùm sint, tunc alter negligentem Judici denunciare potest, & si ad factam denunciationem Judex officium suum non faciat, ipse ad damnum reparandum obligatur, ut habetur Land-Recht *tit. 5. art. 13. vers.* hätte aber ein Vormunder, ꝛc.

11mò Attendat Tutor, si Contutorem habeat, ne illo inscio, aut præterito pupillum defendat, aut circa res pupillares aliquid disponat, cùm enim tutela omnes Contutores tangat, omnium approbatio desideratur, *arg. Cap. quod omnes 29. de Reg. Jur. in 6.* Consonant huic Jura Patriæ, Land-Recht *tit. 5. art. 8.* wo unvogtbaren Kindern mehr dann zween Vormunder, oder Gerhaben gesetzt seyn, was dann der mehrer Theil mit der Pflegschaft handlet, ohn den mindern Theil, das soll Krafft haben. Wann aber der Pfleger nur

zween

10mò ein Vormunder ist in einer pupillarischen Stritt-Sach so lang den Krieg Rechtens nicht zu bevestigen schuldig, als lang nicht er selbst, sondern dessen Pflegkind beklagt wird, dann der Vomunder allein muß für den Pupillen klagen, und für ihne beklaget werden. Land-Recht *tit. 5. art. 9.* Dahero, weil solches dem Vormunder alleinig zustehet, folgt weiters, daß ein Vormunder all Nachstehendes Vornehmen könne; nemlich mag er im Namen des Pupillen mit der Klag eines unbillichen oder falschen Testaments verfahren, ohne Gefahr dessen, was dem Pupillen hierinn vermacht worden. So kan er auch zum Nutzen des Pupillen einen Stritt erneueren, und vor Gericht bringen; weiters in einer pupillarischen Stritt-Sach kann er nicht nur, sondern er muß von dem wider den Pupillen gefällten Sententz an das Obergericht, oder höhere Obrigkeit waigern, und die Waigerung fortsetzen, ausser dessen er den Schaden zu erstatten hätte. Gleichfalls muß ein Vormunder seinen Pflegkindern, sie seyen Klägere oder Beklagte, in peynlichen Gerichten und solchen Vorfallenheiten beystehen, in welchen die Rechte wider die Pupillen ein peynliche Klag zulassen. Nicht minder ist auch ein Vormunder, der im Abgang aller Proben einen Eyd anbiettet, zu hören, und wann mehrere Vormunder seynd, einer aus ihnen aber in Verwaltung seines Amts sich nachläßig erweiset, so können die übrige, oder wann deren nur zwey seynd, der andere den fehligen bey der Obrigkeit anzeigen, und so hierauf die Obrigkeit kein Mittel vorkehret, hat selbe den Schaden zu ersetzen, wie also ordnet das Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 13. vers.* Hätte aber ein Vormunder.

11mò hiette sich ein Vormunder, wann er einen Neben-Vormunder hat, daß er nicht ohne dessen Wissen oder mit Umgehung desselben, den Pupillen beschütze, oder mit denen Sachen des Pflegkinds etwas handle, oder ordne, dann weil die Vormundschaft alle angehet, so wird auch von allen die Bekräfftigung erfordert, worinnfalls die Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 8.* übereinstimmen: wo unvogtbaren Kindern mehr dann zween Vormunder, oder Gerhaben gesetzt seyn, was dann der mehrer Theil mit der Pflegschaft handlet, ohn den mindern Theil, das soll Krafft

haben.

zween wären, so mag einer ohn den andern nichts handeln, daran den Kindern sonders mercklich gelegen ist.

12mò Cæterùm si unus Tutorum contra pupillum agat, tunc alteri contutori pupillum defendendi obligatio incumbit; quòdsi verò alius Contutor non adsit, pupillo Curator ad defendendam ejus litem dandus est. *L. si quas 1. Cod. de in lit. dand. tutor. vel Curator.*

Percontaberis *5tò* quid Tutori circa suum Contutorem observandum veniat?

13 ℞. Sequentia. *1mò* licèt unus Tutor ab altero suo Contutore rationem ejus, quòd ille agit, exigere non debeat, neque alter eam reddere regulariter teneatur, *L. actûs sui 19. ff. de administr. & pericul. tutor.* unus tamen alteri Contutori invigilare, & attendere debet, circa quod illorum multùm intereit, si enim tutor Contutorem inidoneum tempore tutelæ suspectum facere supersederit, ipse de periculo tenebitur. *L. tutores, qui 39. §. 16. ff. eod. &* Land-Recht *tit. 5. art. 13. circa fin.* Quod ipsum pariter contingit, si tutor defuncti Contutoris hæredem idoneum nomine pupilli convenire noluerit, quoniam, si postmodùm hæres ille non fiat solvendo, periculum pariter ad Tutorem pertinet; *cit. L. tutores qui 39. §. tutor 16.* rationem horum dat Paulus in *L. etiam 14. ff. eod. quia Contutoris factum imputatur Collegæ, si potuit, & debuit suspectum facere.* Quòdsi tamen Contutor sit idoneus, & ipsius bona ad damnum pupillo refundendum sufficiant, tunc Tutor vel Curator de gestis à suo Collega non tenetur, nisi ipse Tutor vel Curator ad gerendum fuerit obligatus. *L. qui se fin. & ibi Gloss. n. 1. Cod. si Tutor vel Curat. non gesser.*

2dò Caveat Tutor, ne facilè negotia tutelæ privativè gerat, aut Contutorem impediat res pupillares secum administrare, quia aliàs se suspectum reddit. *dict. L. actus sui 19. ff. de administr. & pericul. tutor.*

haben. Wann aber der Pfleger nur zween wären, so mag einer ohn den andern nichts handeln, daran den Kindern sonders merck-lich gelegen ist.

12mò wann ein Vormunder endlich wider den Pupillen einen Stritt erhebet, so muß der andere Mit-Vormunder das Pfleg-kind beschützen; wann aber kein Neben-Vormunder vorhanden, so ist dem Pupillen zu Verfechtung seines Stritts ein Versorger oder Curator beyzugeben.

Fünftens fragt sich, was ein Vormunder gegen seinen Mit- oder Neben-Vormunder zu beobachten habe?

Antwort: Nachfolgendes: 1mò obwohl ein Vormunder vor 13
seinem Mit-Vormunder seines Thuns keine Rechenschaft begehren könne, und derselbe ihme gemeiniglich selbe abzustatten nicht schul-dig seye, so muß doch ein Vormunder auf den andern ein Obacht-sames Aug tragen, dann jedwedern vil daran liget, weil ein Vor-munder, der einen untüchtigen Mit-Vormunder unter der Zeit der Vormundschaft verdächtig zu machen unterlassen hat, selbst sich die Gefahr und Schaden auf den Rucken ziehet. Land-Recht *tit. 5. art. 13.* welches auch geschiehet, wann ein Vormunder den taug-lichen Erben seines verstorbenen Neben-Vormunders nicht im Na-men des Pupillen zu rechter Zeit beklaget, dann wann solcher Erb hinnach zu bezahlen nicht mehr im Stand seyn solte, fallet die Ge-fahr auf ihne Vormunder. Die Ursach hierüber gibt der Rechts-Gelehrte Paulus: weil das Thun des Mit-Vormunders dem ei-nen Vormunder zugerechnet wird, wann er solchen verdächtig hat machen können, und sollen. Falls aber der Mit-Vormunder taug-lich, und dessen Vermögen zu Ersetzung des Schadens hinlänglich, so ist ein Vormunder oder Treustrager für das Thun seines Ge-spanns nicht schuldig zu hafften, ausser er hätte selbst hieran Theil.

2dò hiette sich ein Vormunder, einige Geschäften einseithig vorzunehmen, oder seinen Mit-Vormunder von der gesamten Hand-Verwaltung zu verhindern, dann hierdurch wurde er sich selbst ver-dächtig machen.

3tiò Tutor actionem Tutelæ non poteſt exercere adversùs Contutorem relegatum (aliud eſt cum deportato) quia relegatione non finita tutela eſt, & ideò nec actio tutelæ nata. *L. ſine hærede 32. ſ. fin. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

4tò Tutor unus de re ad alterius tutoris adminiſtrationem pertinente, ſi tutela inter ipſos à Judice, vel à Teſtatore, vel ab ipſiſmet Tutoribus diviſa ſit, non quidem agere, benè tamen conveniri poteſt. *L. inter tutores 36. & ibi Gloſſ. in fin. ff. dict. tit.*

5tò Si Tutor teſtamentarius & dativus tutelam diviſim gerunt, pro dativo priùs conveniri debent, qui pro eo ſe obligaverunt, rem pupilli ſalvam fore, vel Magiſtratus, qui illum dedit; quòdſi ab his ſolidum obtineri non poſſit, pervenitur ad Contutorem teſtamentô datum, ſi ille tutorem dativum vel ſuſpectum facere omninò neglexit, vel ſeriùs fecit, quàm oportuit; aliàs Tutore dativo non idoneo, teſtamentarius non tenetur, niſi tantùm de ſua portione. *L. Lucius Titius 46. ſ. cùm teſtamento 6. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.*

6tò Attendendum Tutori eſt, ut, ſi quæ apud ipſum Inſtrumenta reperiantur, ad alterius Contutoris adminiſtrationem pertinentia, eadem illi nota faciat, atque exhibeat. *L. Titium 47. ſ. tutores 2. ff. eod.*

7mò Si Tutores pupillo dati fuerint ad Bona in diverſis Provinciis ſita, tunc Tutor unius non tenetur pro tutore alterius provinciæ, quæ à Judice, vel à teſtatore diviſa eſt. *L. ad eos 2. & ibi Gloſſ. n. 1. Cod. de pericul. tutor. & Curator. & L. fin. Cod. ſi ex plur. tutorib. vel Curatorib.* Sic etiam Tutor non obligatur pro Contutore, qui poſt finitam tutelam ſolvendo idoneus repertus fuit, quamvis poſtea, illum non conveniendô, minùs idoneus factus fuerit. *L. ſi poſt finitum 1. Cod. de dividend. tutel. & pro qua part. &c.* Tenetur tamen aliàs

Tu-

3tiò kein Vormunder kan wider einen Verwisenen (wohl aber wider einen Verbannten) Mit-Vormunder die Klag der Vormundschaft anstellen, weil durch die Verweisung die Vormundschaft nicht geendet, sohin dise Klag nicht gezeigt wird.

4tò wann die Vormundschaft von der Obrigkeit, oder von dem Testierer, oder von denen Vormundern selbst, unter ihnen abgetheilt ist, so kan ein Vormunder über eine Sach, welche unter die Verwaltung des andern Neben-Vormunders gehörig ist, nicht Klag stellen, wohl aber geklagt werden.

5tò wann ein letztwilliger und ein von der Obrigkeit geordneter Vormunder eine abgetheilte Vormundschaft führen, so seynd für den geordneten Vormunder am ersten die jenige zu klagen, welche für ihne, die Sach des Pupillens schadloß zu halten, sich verbindlich gemachet, oder die Obrigkeit, welche denselben bestellet hat, und wann die Ersetzung des gantzen Schadens auf solche Art nicht erhollet werden kan, so fallet die Gefahr auf den durch Testament gesetzten Vormunder hinüber, wann er den andern gar nicht oder zu spatt verdächtig gemacht hat; ansonst aber, da der Obrigkeitlich geordnete Vormunder untüchtig wäre, ist der Testamentarische hiefür zu hafften nicht schuldig, ausgenommen um seinen Theil.

6tò hat ein Vormunder zu mercken, daß, wann bey ihme einige briefliche Urkunden gefunden werden, welche zu der Verwaltung seines andern Neben-Vormunders gehörig, er ihme dieselben vorweise, und übergebe.

7mò wann einem Pupillen auf Güter, die in unterschiedlichen Ländern entlegen, Vormunder gegeben worden, alsdann ist der Vormunder eines für den Vormunder des andern Lands, welches durch den Testierer oder die Obrigkeit abgesöndert, zu hafften nicht schuldig. Also ist auch ein Vormunder für seinen Mit-Vormunder, der nach geendigter Vormundschafts-Zahlung tauglich erfunden worden, nicht gehalten, obwohl er hinnach durch das, daß er ihne beklaget hat, minder tauglich worden; doch ist ein Vormun-

der

Tutor etiam ad usuras ejus, quod à Contutore debetur, vel quod pro Contutore debet. *L. ejus, quod ex causa 2. Cod. de usur. pupillarib.* Dicta verò denuò limitantur, quòd Tutor non teneatur, neque conveniri possit pro parte Contutoris ex mala administratione, si Contutor ille tempore depositi officii solvendo exstitisse legitimè probetur; *L. ex persona 3.* sicut etiam aliàs Tutor vel Curator pro gestis à Contutore vel Concuratore idoneo non tenentur. *L. si quæ fin. Cod. si tutor vel Curat. non gess.*

3vò Consulitur Tutori, ut probè consideret personam ac industriam ejus, cui circa res pupillares aliquid mandat, etiamsi Contutor sit; tutorem enim mandantem non relevat, nec excusat negligentia mandatarii. *L. si procuratorem 8. §. si tutores 4. & ibi Gloss. verb. & tutelæ ff. mandat. vel contrà.*

§. Neque tamen I.

14 SUpradicta autem Authoritas Tutoris etiam in illis necessaria est, quæ primo intuitu in commodum pupilli tendere videntur; prout illa in *hoc §.* specialiter deposcitur, ut pupillus hæreditatem adire, bonorum possessionem petere, aut hæreditatem ex fideicommisso suscipere possit. Unde aditio hæreditatis non tenet, nec obligat pupillum, nisi Tutor Author fuerit. *L. obligari 9. §. hæreditatem 3. ff. de authorit. & consens. tutor. & Text. hic.* Ratio autem est, quia, licèt (ut Imperator hoc loco ait) hæreditas sit lucrosa, & prima fronte nullum habere damnum videatur, sæpè sæpiùs tamen tales hæreditates continent æs alienum latens, & plures alias obligationes: sic enim adita hæreditate hæres obligatur legatariis & creditoribus hæreditariis, *§. hæres quoque 5. Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. & L. si quis 5. §. hæres quoque 2. ff. de obligat. & action.* & cùm in omne defuncti jus succedat, *L. hæres 37. ff. de acquir. vel omittend. hæred.*

etiam

der ansonst zu denen Zinnsen auch dessen, was der Mit-Vormunder, oder er für den Mit-Vormunder schuldig ist, verbunden; welches aber weiters dahin eingeschränckt wird, daß ein Vormunder nicht hafte, noch geklagt werden könne um den Theil seines aus übler Verwaltung schuldig geblibnen Mit-Vormunders, wann bewisen werden kan, daß diser zu der Zeit seines abgelegten Amt in gutem Zahlungs-Stand gewesen seye, wie auch ansonst ein Vormunder oder Treustrager für das Thun seines Mit-Vormunders oder Mit-Versorgers, welcher tauglich gewesen, nicht zu stehen hat.

8vò wird einem Vormunder eingerathen, daß er die Person und den Fleiß des jenigen, welchem er in Vormundschafts-Sachen eine Vollmacht ertheilet, wohl erwege, und in Obacht nehme, wann auch solcher sein Mit-Vormunder wäre, dann die Nachläßigkeit dessen, deme die Vollmacht übertragen worden, entschuldigt den Gewaltgeber mit nichten.

§. Neque tamen I.

Dise nun beschriebene Macht und Gewalt eines Vormunders ist 14
auch in allen jenen Handlungen nöthig, welche nach dem ersten Ansehen zu des Pflegkinds Nutzen zu seyn scheinen, wie dann solche allhier sonderheitlich erfordert wird, damit ein Pupill ein Erbschaft antretten, die Besitzung deren Erbgütern begehren, oder die Erbschaft durch ein Fideicom̃iß annehmen könne; dahero die Erbschafts-Antrettung den Pupillen nicht verbindet, noch zu recht bestehet, wann der Vormunder seine Authorität nicht darzu gegeben hat. Die Ursach aber dessen ist, weil, obwohl (wie Justinianus allhier redet) eine Erbschaft Gewinnschaft seye, und dem ersten Anblick nach keinen Schaden zubringen scheine, so haltet selbe doch öfters vile verborgene Schulden und andere Verbindlichkeiten in sich. Also wird nach angetrettener Erbschaft der Erb denen jenigen, welchen durch die letzte Willens-Geschäft etwas vermacht worden, und denen Glaubigern verbunden, und da er in alle Rechte des Ver-

etiam debita defuncti solvere tenetur. *L bona autem 3. in princ. ff. de bonor. possessionib.* Nec obstat, quòd pupillus absque Tutoris authoritate hæreditatem adiens in integrum restitui possit: præstat enim rem integram manere pupillo, quàm post vulneratam causam remedium quærere. *L. fin. Cod. in quib. caus. in integr. restitut. non est necess.*

§. Tutor autem II.

15 UT verò Authoritas Tutoris legitimè intervenisse censeri possit, Justinianus in *hoc §.* requirit, ut Tutor ipsi negotio, pupillum concernenti actualiter præsens sit, quæ physica præsentia ob favorem pupilli adeò exigitur, ut Tutor nihil agere credatur, si post tempus, peractô negotiô, aut per epistolam, authoritatem suam interponat. Rationem hujus assignat Vulteius *Instit. h. tit. num. 2.* quòd per hoc Consensus ab Authoritate distinguatur, quòd Consensus tunc propriè sit, quando ad actum, seu negotium nondum perventum est, sed de negotio suscipiendo agitur, econtrà Authoritas in ipso actu vel negotio adhiberi debeat, adeò quidem, ut Tutor absens suam authoritatem per Nuncium vel litteras non præstet, eo ipso enim, quòd vi *hujus §.* utpotè absens illam ritè non interponat, nullô modô interposuisse censendus est, cùm paria sint, aliquid vel omninò non fieri, vel perperàm fieri. *L. nulla differentia 2. ff. de Autorit. & Consens. tutor.* Ratio autem ulterior, cur hæc corporalis præsentia Tutoris ita rigorosè exigatur, desumitur ex *L. transactionem 35. Cod. de transaction.* ut scilicet in favorem pupilli præsentia Tutoris omnem metum ac dolum excludat: cui aliam addo, ne scilicet Tutor de negotio, fortè in damnum pupilli per epistolam, Nuncium, aliàve ratione gesto, ullo modo excusare se possit.

In-

storbenen eintrittet, so muß er auch die Schulden des Erblassers abführen, und hat hierwider nichts zu sagen, daß ein Pupill, der ohne Authorität des Vormunders die Erbschaft angetretten, in vorigem Stand wieder eingesetzt werden könne, dann es ist besser, wann die Sach dem Pupillen gantz verbleibe, als wann nach verkürtzten Handel erst Mittel ausgesucht werden müssen.

§ Tutor autem II.

Damit aber die Authorität, Macht und Gewalt des Vormunders 15
rechtmäßig gezeigt werde, erfordert allhier Justinianus, daß der Vormunder bey dem Geschäft, welches den Pupillen angehet, in Person würcklich gegenwärtig seye, welche leibliche Gegenwart zu Nutzen des Pflegkinds also nothwendig ist, daß der Vormunder nichts zu handlen geglaubt werde, wann er erst nach der Zeit, da das Geschäft schon vorbeygegangen, oder durch Brief schriftlich seine Authorität leistet. Die Ursach ist, weil der Consens von der Authorität durch dises unterschieden wird, daß der Consens alsdann seye, wann es zu dem würcklichen Geschäft oder Handlung añoch nicht angekommen, sondern wann es um die Unternehmung des Geschäfts zuthun ist, die Authorität aber der Handlung und dem Geschäft selbst beygesetzt werden müsse, also zwar, daß der abwesende Vormunder durch einen Botten oder Brief seine Authorität nicht erzeigen könne, dann, weil solches in Abwesenheit Kraft dises §. nicht thunlich, so wäre es eben so vil, als wann er seine Authorität gar nicht laisten hätte wollen, massen eines ist, etwas gar nicht, oder nicht nach Ordnung der Rechten thun. Die weitere Ursach der so streng erforderlichen persöhnlichen Gegenwart des Vormunders ist, damit zu Gunst des Pupillen solche Gegenwart alle Forcht und Betrug ausschliesse; welcher Ursach ich noch eine andere beygeselle, damit nemlich ein Vormunder auf keinerley Art sich von der villeicht zu schaden des Pupillen vorgegangenen Verhandlung, bey welcher er nicht gegenwärtig ware, entschuldigen könne.

16 Interim tamen hæc de jure requiſita Tutoris præſentia ſe ſolâ non ſufficit, ſed certis quibusdam qualitatibus veſtiri debet, inter quas *1ma* eſt, ut non ſolùm corpore, ſed etiam mente ſit præſens, attendendô, conſiderandô, ac reflexè intelligendô negotium tractandum & concludendum *L. quanquam 1. ʃ. tutori 1. & L. non multùm 14. ff. de authorit. & conſenſ. tutor.* *2dò* Licèt fortè & corpore & animo ſit præſens, ſi tamen non liberè, eò quòd metu vel vi fuerit ad hoc compulſus, vel retentus, pariter utut præſens nil agit, *cit. L. quanquam 1. ʃ. tutori 1.* quia authorem eſſe, nil aliud eſt, quàm liberè illud approbare, quod agitur. *L. etiamſi 3. ff. eod.* ad quam tamen approbationem vi *L. primùm cit.* non ſufficit ſolus conſenſus internus, ſed expreſſis verbis approbare Tutorem oportet, quod agitur. *3tiò* exigitur, ut ipſi actuali tractationi negotii interſit Tutor, *L. obligari 9. ʃ. Tutor 5. ff. de author. & conſenſ. tutor.* quoniam ejusdem præſentia etiam de ſolennitate actûs eſt, & ideò deeſſe nequit, *arg. Cap. auditis 29. Extr. de Elect. & elect. poteſt.* *4tò.* denique Tutor abſolutè, abſque ulla conditione appoſita, negotium tractatum approbare debet, etſi Conditio ex parte pupilli aut rerum ejus adjiciatur; expreſsè enim dicit Ulpianus in *L. 8. ff. de authoritat. & conſenſ. tutor. etſi Conditionalis contractus cum pupillo fiat, Tutor debet purè Author fieri, nam authoritas non conditionaliter, ſed purè interponenda eſt, ut conditionalis Contractus confirmetur.*

§. Si inter Tutorem fin.

17 CUm per *L. quanquam 1. in princ. ff. de authorit. & conſenſ. Tutor.* Tutor in rem ſuam Author eſſe non poſſit, ideò *hic* ſtatuitur, ut ſi inter Tutorem & pupillum judicium agendum ſit, quamdiu lis inter eos durat, alius pupillo Curator in litem detur. *Text. hic & L. ſi quas petitiones 1. Cod. de in lit. dand. tutor. vel Curat. nec non L. an tibi 2. ad fin. Cod. eod.* Interim tamen talis in litem datus Curator periculô adminiſtrationis conveniri non poteſt, quia ſola ſuſcepti negotii (id eſt, litis) tutela mandata eſt. *L. ad protegendam 3. Cod. dict. tit.*

TI-

Indessen ist dise von denen Rechten vorgeschriebene Gegenwart des Vormunders in sich allein nicht genug, sondern sie muß mit gewissen Eigenschaften begleittet seyn, und zwar 1mò, daß der Vormunder nicht nur leiblich, sondern auch mit Sinn und Gemüth zugegen seye, mittels Anhörung, überlegung, und reiffer Einsehung des abzuhandlen seyenden Geschäfts. 2dò obwohl villeicht ein Vormunder mit Leib und Verstand gegenwärtig, wann er aber nicht freywillig, weil er etwann durch Forcht oder Gewalt gezwungen, oder aufgehalten wird, zugegen ist, so ist es so vil, als wann er nicht anwesend wäre, weil ein Gewehrmann zu seyn in deme bestehet, daß er jenes, was gehandlet wird, frey und ungezwungen bekräftige; zu welcher Bekräftigung jedoch der innerliche und stille Consens allein nicht erklecket, sondern derselbe auch mit ausgedruckten Worten geoffenbahret werden muß. 3tiò wird erfordert, daß der Vormunder in würcklicher Abhandlung des Geschäfts mit- und bey seye, weil dessen Gegenwart auch zur Zierlichkeit (Solennitæt) der Verhandlung nothwendig ist, mithin nicht abgehen darff. 4tò endlich muß ein Vormunder solche Verhandlung frey von allem Zusatz einer Bedingnuß bestättigen, obwohl auf Seithen des Pupillen, oder dessen Sachen, ein Bedingnuß beygefüget wäre, dann wie Ulpianus redet: obwohl mit dem Pflegkind ein Contract unter Bedingnuß gemacht wird, so muß doch der Vormunder ohne Bedingnuß Gewehrmann seyn, dann dessen Authorität muß frey und ohne Bedingnuß geleistet werden, auf daß ein mit Beding gepflogner Contract bestättiget werde. 16

§. Si inter Tutorem fin.

7 Furiosus autem in genere est, qui usu rationis destituitur, & rabie quadam animi agitatur; Unde etiam talibus sæpè sæpiùs, si per affines & Cognatos contineri nequeant, per Præsidem eo remedio obviandum est, ut carcere contineantur, *L. congruit 13. §. furiosis 1. ff. de offic. Præsid.* & ad eorum custodiam aliquis deputari debet, qui, si negligens fuerit, puniendus est. *L. Divus Marcus 14. ff. eod.* Assimilantur autem tales furiosi quoad carentiam rationis infantibus & dormientibus, *L. possessio 1. §. furiosus 3. ff. de acquir. vel amittend. possess. in L. Julianus 4. ff. de divort.* verò ignorantibus æquiparantur, unde etiam eorum voluntas nulla est. *L. qui servum 47. in fin. ff. de adquir. vel omittend. hæredit. & L. furiosi 4. ff. de Reg. Jur.* Idcircò partim, quia furiosi status omnis & habitus non multùm à conditione pupilli abhorret, *L. Fulcinius 7. §. planè interdum 11. ff. quib. ex cauf. in possess. eat.* partim, quia furiosis omnia privilegia conceduntur, quibus pupilli gaudent, *L. qui neque 8. & ibi addit. margin. ff. de reb. eor. qui sub tutel.*

8 Statuit *hic* Imperator, ut talibus furiosis Curatores dentur, id quod ex *tot. tit. ff. de Curatorib. furios. & aliis extr. minor. dand. & Cod. de Curat. furios. & prodig.* pariter elucescit. Ratio autem

ulte-

gefallene Bescheid null und nichtig, weil sie Minderjährige in disem Alter zur rechtmäßigen selbstigen Beschützung für unfähig erachtet werden. So kan auch ein Treustrager zu einem gewissen Stritt, oder einer benannten Sach allein, verordnet werden, durch welches ein Vormunder, als welcher nicht über eine gewisse Sach, sondern über alle des Pupillen Güter und Sachen gesetzt wird, von einem Versorger sich unterscheidet.

§. Furiosi quoque III.

Zweyerley Gattungen der Personen werden hier angeführt, welchen auch Treustrager, oder Versorger zustellen gepflegt wird, nemlich die Sinnlose, und die die Verschwender. Womit auch die Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 11.* zusamtreffen.

Ein Sinnloser aber ist überhaupts derjene, welcher des Gebrauchs der Vernunft beraubt ist, und gleichsam durch eine Ge- 7
müths-Wuth getrieben wird; dahero solche Leuth öfters, wann sie durch ihre Befreundte nicht inngehalten werden können, auf Obrigkeitliche Veranstaltung eingesperret werden, und jemand zu ihrer Verwahrung bestellet wird, welcher, da er nachläßig ist, einer Straff sich unterwürffig macht. Es werden aber solche sinnlose Personen wegen Abgang der Vernunft denen Kindern, Schlaffenden, und unwissenden gleich geachtet, dahero auch ihr Willen kein Willen ist. Zumal nun theils der Stand und die Beschaffenheit eines Sinnlosen nicht weit von denen Eigenschafften eines Pupillen unterschieden ist, und theils mehrbedeuten Sinnlosen die nemliche Freyheiten und Privilegien zugestanden werden, welche die Pupillen geniessen.

So verordnet allhier Justinianus, daß solcherley Sinnlosen Ver- 8
sorgere gegeben werden sollen. Die weithere Ursach dessen ist, weil ein Sinnloser keinen Sinn und Verstand besitzet, und dahero noth-

ulterior eſt, quòd, quia furioſus nullum ſenſum habet, *L. ſi cùm* 22. *ſ. ſi maritus* 7. *ff. ſolut. matrim. dos quemadm. pet.* neceſſe ſit, ut ejus patrimonium, corpus, & ſalus conſiliô & operâ Curatoris tueatur. *L. Conſilio* 7. *ff. de Curat. furioſ. & al. &c.* Licèt verò ſæpiùs contingat, ut furioſi lucida habeant intervalla, & quamvis tempore ſanæ mentis abſque Curatore agere poſſint, propter incertitudinem tamen Curator ſemel creatus ſemper manet, quamdiu furioſus vivit, eſto effectus Curatelæ non ſemper exerceantur. *L. cùm aliis* 6. *Cod. de Curator. furioſ. & prodig.* Quòdſi autem talis furioſus ſanitati mentis ex integro reſtitueretur, ipſo jure mox deſineret eſſe in poteſtate Curatoris. *L. lege* 1. *ff. de Curator. furioſ. &c.*

Cæterùm ſicut Curator ſoli furioſo, qui ſui juris eſt, datur, *L. cùm furioſus* 7. *Cod. de Curator. furioſ. vel prodig.* ita è contrario illi, qui non ſui juris, ſed ſub patria poteſtate conſtitutus eſt, Curator non conſtituitur; imò nec ipſe pater eidem poteſt eſſe Curator, ſed solùm legitimus adminiſtrator rerum ad eum pertinentium, *cit. L. cùm furioſus* 7. *dict. tit.*

Jam ad alteram *hujus ſ.* partem pervenio, nempè ad prodigos,
9 quibus ſimiliter Curatores dantur. Sunt autem prodigi, qui contra liberalitatem per exceſſum delinquunt, unde de illis *Gloſſ. in ſ. item prodigus* 2. *Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. in addit. n.* 1. dicit: *prodigus dat danda, & non danda, avarus tenet tenenda, & non tenenda, largus tenet medium inter utrumque.* Prodigus itidem in *L. bis qui* 12. *ſ. fin. ff. de tutor. & Curator. dat. ab bis &c.* vocatur, qui in ſermonibus videtur, eſſe ſapiens, ſed inſipiens in eo, quod ad bona ſua pertinet; pariter prodigus appellatur ille, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed ſua bona dilapidandô & diſſipandô profundit. *L. lege* 1. *ff. de Curat. furioſ. & al. &c. & Gloſſ. in ſupr. cit. ſ. item prodigus* 2. *Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Quapropter prodigus, ſeu bonis interdictus, ſimilis eſt non ſolùm adulto Curatorem habenti, ſed etiam pupillo, *L. ſi Curatorem* 3. *Cod. de in integr. reſtitut. minor.* & idcircò eligendus eſt ei, qui Conſiliô ipſum regat, Curator, *cit. L. bis qui* 12. *ſ. fin. & L. Julianus*

wendig seye, daß dessen Vermögen, Person, und Wohlfahrt durch Rath und Fleiß eines Versorgers beschützet werde. Obwohl aber öfters geschiehet, daß die Sinnlose jezuweil und zu gewissen Zwischen-Zeiten bey ihrer Vernunft zu seyn pflegen, zu welchen Zeiten sie dann ohne den Treustrager zu handlen im Stand sich befinden, so verbleibt doch, der Ungewißheits wegen, der aufgestelte Versorger bey seinem Amt, so lang ein solcher Sinnloser bey Leben ist, ohnerachtet die Würckungen der Versorgung nicht allzeit und für beständig ausgeübet werden. Sofern aber ein dergleichen Sinnloser wider zu seinen vollkommenen Verstand gelangte, so höret er nach dem Recht selbst alsogleich auf, unter dem Gewalt des Versorgers zu stehen.

Ubrigens gleichwie ein Versorger nur einem solchen Sinnlosen, der seines Rechts ist, gegeben wird, also kan im Gegenspiel dem jenigen, der nicht seines Rechts ist, sondern unter dem väterlichen Gewalt stehet, kein Treustrager gesetzt werden; ja so gar der Vatter selbst kan ihme keinen Versorger, sondern nur einen rechtmäßigen Verwalter deren ihme zugehörigen Sachen abgeben.

Ich komme nun zu dem zweyten Theil dises §. nemlich zu denen Verschwendern, welchen gleichfalls Versorger geordnet werden. 9
Es seynd aber Verschwender die jene, welche wider die Freygebigkeit durch Uberschreittung mißhandlen, dahero gesagt wird, ein Verschwender gibet, was er geben, und nicht geben solle, ein Geitziger behaltet, was er behalten, und nicht behalten solle, ein Freygebiger aber beobachtet zwischen beeden das Mittel. Weithers wird für einen Verschwender gehalten, der in seinen Gesprächen weißlich, in deme aber, was seine Güter betrifft, unweißlich zu thun scheinet. Gleichfalls nennet man einen Verschwender den jenen, welcher in Ausgaben weder Zeit, noch Maß und Zihl haltet, sondern sein Vermögen liederlich durchjaget, und verthuet. Dahero ein solcher Verschwender nicht nur einem Minderjährigen, der da einen Versorger hat, sondern auch einem unvogtbaren Pflegkind gleich geachtet wird, und ihme destwegen ein Versorger, welcher denselben durch Rath beherrschen solle, aufzusuchen, und zu be-

stellen

nus 10. ff. de Curator. furios. &c. qualem Jure Bavarico, Land-Recht *tit. 1. art.* 7. etiam Uxoris Consanguinei pro ejusdem prodigo marito à Judice petere possunt, quod Jure communi tali casu soli Uxori unà cum repetitione dotis permissum esse, videtur per *L. ubi adhuc 29. Cod. de jure dot. & Authent. donationem Cod. eod.* his itaque prodigis Curatores dari oportet, interest enim Reipublicæ, ne aliquis re sua malè utatur, *§. sed hoc tempore circ. med. Instit. de his, qui sui vel alien. jur. sunt*, & idcircò ipsis prodigis administratio bonorum suorum interdicitur. *cit. L. lege 1. ff. de Curator. furios. &c.*

Advertendum siquidem est, prodigum tamdiu bona sua administrare posse, quamdiu id ei authoritate Judicis interdictum non fuerit, & per consequens, licèt aliquis manifestè appareat prodigus, gesta tamen per ipsum valent, donec eidem administratio judicialiter prohibeatur. *L. tres tutores 55. §. quod autem 4. & ibi addit. marg. ff. de administrat. & pericul. tutor.* Quod etiam Jure Bavarico obtinere, ex verbis der Land-Rechten *tit. 5. art. 11.* auch den Gerichtlich-erklärten Verschwendern ihrer Haabe patescit. Judex autem ad interdictionem administrationis procedere non potest, nisi quis legitimè prodigus esse probetur, nemo enim censetur malus, nisi probetur talis; hinc Jura nostra Patria, Land-Recht *tit. 1. art.* 7. ubi de uxore maritum prodigalitatis arguente tractant, ita jubent: die soll mit ihren Freunden zu jedes Orts Obrigkeit gehen, und vor derselben, wie recht ist, wahr machen, und beweisen, daß ihr Mann ihr und ihren Kindern das Guth unnutzlich verthue, oder unendlich anwerde. Ratio ulterior est, quia, ut quis pro prodigo habeatur, neque cum eo contrahere liceat, opus est inquisitione, declaratione, & interdictione judiciali. *§. furiosi 3. h. t.* Prodigus autem ita judicialiter interdictus, licèt tradere, vel promittendô obligari nequeat, stipulandô tamen sibi acquirit, *L. is, cui bonis 6. ff. de Verbor. obligation.*

stellen ist. Nach denen Bayrischen Land-Rechten können auch die Bluts-Verwandte einer Ehefrau von der Obrigkeit einen Versorger für den verschwenderischen Ehemann begehren, Land-Recht *tit. 1. art. 7.* denen gemeinen Rechten aber zu Folge, da ein Ehemann verschwenderisch ist, scheinet es, als ob die Ehefrau allein einen Versorger begehren, und ihr eingebrachtes Heurathgut zuruckfordern könne. Solcherley Verschwendern dann müssen Versorger gesetzt werden, weil dem gemeinen Weesen vil daran ligt, daß dessen Mitglieder sich ihres Vermögens nicht übel gebrauchen, und deßwegen wird solchen die Verwaltung ihrer Güter verbotten.

Gestalten dann hiebey zu bemercken kommet, daß ein Ver-
schwender so lang und vil seine Güter verwalten möge, unzt ihme 10
solches von der Obrigkeit verbotten werde, und folglich giltet dasjenige, was ein Verschwender, wann er schon offenbar ein solcher ist, gehandlet hat, so lang, bis ihme die Verwaltung seiner Güter durch Obrigkeitliches Verbott benommen ist, welches, daß es auch nach Bayrischen Rechten also statt finde, aus denen Worten der Land-Rechten *tit. 5. art. 11.* den Gerichtlich erklärten Verschwendern ihrer Haabe: erhellet. Es kan aber die Obrigkeit zu dem Verwaltungs-Verbott nicht schreitten, biß einer als ein würcklicher Verschwender beschuldigt, und solche Beschuldigung auf ihne rechtlich bewisen worden, weil niemand für böß zu halten, bis er dessen überzeugt ist, dahero unsere Land-Recht *tit. 1. art. 7.* allwo sie von einer Ehefrau, welche einen verschwenderischen Ehemann hat, handlen, Folgendes verordnen: die soll mit ihren Freunden zu jedes Orts Obrigkeit gehen, und vor derselben, wie recht ist, wahr machen, und beweisen, daß ihr Mann ihr und ihren Kindern das Gut unnutzlich verthue, oder unendlich onwerde. Die fernere Ursach aber ist, weil, um daß einer für einen Verschwender gehalten werde, und mit ihme zu handlen nicht erlaubt seye, die Gerichtliche Untersuchung, Erklärung, und Verbott vorläuffig erfordert wird. Ein solcher Verschwender aber, deme das Gerichtliche Verbott zu handlen geschehen, ob er zwar etwas zu übergeben, auszulifferen, oder durch Versprechung sich verbindlich zu machen nicht vermag, kan gleichwohl ihme durch Contract etwas erwerben.

Si jam quæras, quinam furioforum ac prodigorum Curatores esse
11 debeant? Respondet *hic* Imperator, quòd Agnati (cùm hæreditariæ successionis spem habeant) furiosorum ac prodigorum Curatelam suscipere debeant, quod & de Jure Patrio procedit, Land-Recht *tit. 1. art. 7.* verb: soll ihr (scilicet uxori, cui prodigus maritus oneri est) die Obrigkeit zween aus den nächsten Freunden zu Pflegern geben, ꝛc. quòdsi verò vel nulli, vel non nisi ad Curatelam inhabiles Agnati adsint, tunc Judex alios Curatores cum inquisitione dare solet. *Text. hic & L. sæpè ad alium 13. ff. de Curator. furios. vel al. extr. minor. dand.*

Si interroges *2dò* quamdiu furiosus aut prodigus sub Curatela esse
12 debeat? Responsum tibi præbet Ulpianus in *L. lege 1. in princ. ff. mox citat. tit.* verbis: *tamdiu erunt ambo in Curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores receperit: quod si evenerit, ipso jure desinunt esse in potestate Curatorum.* Hoc ipsum Jure Patrio statutum est circa maritum prodigum Land-Recht *dict. tit. 1. art. 7.* biß so lang man sicht, daß ihr Mann gut will thun. Casu autem, quo furiosus plenè sanitatem mentis recuperat, aut prodigus corruptos mores in melius reformat, aliâ declaratoriâ sententiâ de novo opus haud est, sed furiosus perfectè sanus, aut prodigus ad frugalitatem reversus, ipso jure statim liberam de rebus suis disponendi facultatem readipiscitur. Decianus *vol. 3. respons. 2. num. 15.* Gail. *libr. 2. observat. 85. num. 6.* Soarez *commun. opin. lit. P. num. 328.*

Si demùm *3tiò* sciscitéris, quibus pro prodigo aut furioso Cura-
13 tôres petere, & quibus dare incumbat? Repono, Curatorum petitionem pro memoratis personis ad Agnatos & Cognatos, sublatâ hodie inter eos differentiâ, pertinere: hi enim, cùm spem lucri ex futura hæreditate habeant, etiam onus circa petendam Curatelam subire debent, *arg. Cap. qui sentit 55. de Reg. Jur. in 6.* hinc etiam Jura Pro-

vin-

So du nun fragest, wer die Versorger deren Sinnlosen und Verschwendern seyn sollen? Antwortet hierauf Justinianus in di- 11
sem §. daß die Anverwandte (dann sie haben die Hoffnung der Erbfolgung) die Versorg- oder Treustragung über gemeldte Personen auf sich nehmen sollen, welches auch nach Bayrisch. Land-Rechten *tit. 1. art.* 7. bestehet : soll ihr (das ist, einem Eheweib, welcher ein verschwenderischer Mann zur Last ist) die Obrigkeit zween aus denen nächsten Freunden zu Pflegern geben, ꝛc. Falls aber keine, oder nur untaugliche Freund verhanden seynd, alsdann pfleget die Obrigkeit andere Versorger mit Untersuchung aufzustellen.

Fragest du Zweytens, wie lang ein Sinnloser oder Verschwender unter der Versorgung zu stehen habe? Antwortet dir 12
Ulpianus : So lang werden beyde unter der Versorgung verbleiben, bis der Sinnlose die Gesundheit der Vernunft, oder der Verschwender gesunde Sitten wird erhalten haben, nach welchen Erfolg sie alsogleich aufhören, in dem Gewalt deren Treustragern zu stehen. Also ordnen auch bey einem verschwenderischen Ehemann unsere Land-Recht *tit. 1. art.* 7. bis so lang man sicht, daß ihr Mann gut will thun. In dem Fall aber, da der Sinnlose die Verstands-Gesundheit gäntzlich erlanget, oder der Verschwender seine verderbte Sitten in bessere vollkommentlich umkehret, bedärffen sie keinen neuen Obrigkeitlichen Erklärungs-Ausspruch, sondern der völlig zur Vernunft gekommene Sinnlose, oder der zur Haußlichkeit zuruck gegangene Verschwender, erlangen alsogleich nach dem Recht selbst die freye Verwaltung ihres Vermögens.

Wann du auch Drittens die Frag stellest, wer dann für einen Verschwender oder Sinnlosen die Versorger begehren, und wer 13
dieselben geben müsse? so folget zur Antwort, daß sowohl denen Bluts-Freunden, als andern Verwandten, weil der Unterschied zwischen ihnen dermal aufgehoben ist, für bedeute Personen Versorger zu begehren oblige, dann da dise die Hofnung des Gewinns aus der künftigen Erbschaft haben, so müssen sie auch die Burd,

vincialia Bavariæ, Land-Recht *tit. 5. art. 11.* postquam inter personas, quibus Curatores dari oportet, furiosos etiam & prodigos enumerârunt, mox subjungunt: Und jetzt angezaigter Persohnen Freund seyn schuldig, solche Persohnen der Obrigkeit anzuzaigen, und derselben solche Versorger, welche zu derselben Vormundschaft tauglich seynd, zu benennen, und fürzuschlagen. *2dò* etiam uxor furiosum, & multò magis prodigum maritum Judici denunciare potest, ac pro eo Curatorem petere debet, ita tamen, ut ad hoc negotium aliquos amicos seu Agnatos sibi adjungat; Land-Recht *sæpè cit. tit. 1. art. 7.* Si verò *3tiò* nec uxor, nec Amici, Agnati, vel Cognati Curatorem furioso vel prodigo petant, Judex ad dandum ex officio tenetur. *Text. hic & L. lege 1. ff. de Curat. furios. vel aliis &c.* prout ex *tot. tit. ff. mox citato*, nec non ex integro *tit. Cod. de Curator. furios. vel prodig.* colligitur. Huic juris Communis ordinationi insistunt Jura nostra Provincialia, quando Land-Recht *tit. 13. art. 9.* contra prodigos & decoctores bonorum laudabiliter decernunt, quod sequitur: Es soll auch das unredlich Schuldenmachen, und unleydentlich Verschwenden, von den Obrigkaiten, ohne Anruffung der Glaubiger, oder anderer, Ambts-halben abgestellt, und da die gütliche Verwahrnung nicht wolte helffen, solche unhäußliche, verthuenliche Leuth für Verschwender, durch offentliche angeschlagne Erklärungs-Brief, und *Proclamata* erklärt, und verrufft werden, wie recht ist.

§. Sed & mente captis IV.

QUia præter Personas hactenùs recensitas adhuc alii sunt, qui rebus suis præesse non possunt, quales sunt mente capti, surdi, & muti,
14 quique perpetuo morbo laborant, ideò & his Curatores dandos esse Justinianus præcipit; *Text. hic* quem pressis vestigiis sequuntur Jura Patria, Land-Recht *tit. 5. art. 11.* verbis: Es sollen nicht allain den unmündigen, und unvogtbarn Kindern, Vormunder und Versorger geben werden, sonder auch den Sinn-losen und Thoren, auch

den

Treustrager zu begehren, auf sich nehmen; deme gemäß die Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 11.* nachdeme sie unter jene Personen, denen Versorger zu stellen seynd, die Sinnlose und Verschwender mitgezehlet, gleich folgendes beysetzen: und jezt angezaigter Persohnen Freund seyn schuldig, solche Personen der Obrigkeit anzuzaigen, und derselben solche Versorger, welche zu derselben Vormundschaft tauglich seynd, zu benennen, und fürzuschlagen. 2dò auch ein Ehefrau kan ihren Sinnlosen, und noch vilmehr einen verschwenderischen Ehemann der Obrigkeit anzeigen, und muß für denselben einen Versorger begehren, wobey sie jedoch einige Freund und Verwandte an die Hand zu nehmen hat. Land-Recht *tit. 1. art. 7.* Wann aber 3tiò weder die Ehefrau, noch die Bluts-Freund und andere Verwandte diser ihrer Schuldigkeit nachleben, so hat der Richter von Obrigkeits wegen Versorger auszustellen; mit welcher gemeiner Rechten Verordnung mehrmahl unsere Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 13. art. 9.* verstanden seynd, allwo sie wider die Verschwender folgendes anbefehlen: Es soll auch das unredlich Schulden machen, und unleydentlich verschwenden, von den Obrigkaiten, ohne Anrueffung der Glaubiger, oder anderer, Amts halben abgestellt, und da die gütliche Verwarnung nicht wolte helffen, solche unhäußliche, verthuenliche Leuth für Verschwender durch offentliche angeschlagene Erklärungs-Brieff, und Proclamata erklärt, und ausgerueffet werden, wie recht ist.

§. Sed & mente captis IV.

Zumal über die bishero angführte Personen noch einige seynd, welche ihren Sachen vorzustehen nicht vermögen, als da seynd die gar Blöde und Einfältige, Taube, Stumme, und jene, so unaufhörlich und beständig kranck darnider ligen, als müssen auch 14
disen, nach dem Ausspruch des Kaysers Justiniani Versorger gesetzt werden, wie es auch unsere Land-Recht *tit. 5. art. 11.* verordnen: Es sollen nicht allain den unmündigen, und unvogtbaren Kindern, Vormunder und Versorger geben werden, sonder

den Gerichtlich erklärten Verschwendern ihrer Haabe, und denen, die da Monig seynd, darzu den Tauben, oder Ungehörenden, und den Stummen, die nicht völlig Vernunfft haben, ihr Sach zu handlen.

§. Interdum autem V.

LIcèt juxta *princ. hujus Tit.* Curator regulariter non nisi puberi-
15 bus detur, *hic* tamen Justinianus tres casus adducit, in quibus etiam pupillo Curator dari queat.

Primus horum casuum est, si pupillus quidem legitimum tutorem jam habeat, is verò ad administrandam tutelam non sit idoneus, tunc enim, quia Tutorem habenti Tutor dari non potest, alius Curator ei dandus est. *Text. hic.* Cavendum tamen Tutori non idoneo est, ne ipsemet facilè Curatorem pupillo ignoranti, nec mandanti, petat, sed Judici id relinquat, aliàs periculum eorum, quæ Curator non jure datus gessit, non sine ratione is, qui petiit, agnoscere cogitur, ut habetur in *L. si minores 2. §. an autem 5. vers. Curatorem ff. qui pet. tutor. vel Curator.* Quòdsi autem talis Curator à Judice datus fuerit, de iis, quæ quasi pro tutore gessit, actione negotiorum gestorum, non verò actione tutelæ tenetur, quia solummodò Curatoris, non tutelæ officio functus est. *L. pro tutelæ 1. §. si Curator 7. ff. de eo, qui pro tutor.* Tali tamen Curatori pupilli rectè solvitur. *L. quòdsi fortè 14. §. Curatori 7. ff. de solut. & liberat.*

Secundum locum obtinet casus, si equidem adsit aliquis testamentô datus Tutor, is tamen ad tutelæ administrationem inhabilis sit; tunc enim etiam pupillo aliquis Curator dari potest, v. g. si tutor aliàs non

frau-

auch den Sinnlosen und Thoren, auch den gerichtlich erklärten Verschwendern ihrer Haabe, und denen die da Monig seynd, darzu den Tauben, oder Ungehörenden, und den Stummen, die nicht völlig Vernunfft haben, ihr Sach zu handlen.

§. Interdum autem V.

OBwohl nach Laut des Eingangs dises Titulo ein Versorger, oder Treustrager insgemein niemanden, als vogtbaren Per- 15
sonen gegeben wird, so führet doch Justinianus allhier drey Fäll an, in welchen auch einem unvogtbaren Pupillen ein Versorger gesetzt werden könne.

Der Erste von disen Fällen ist, wann zwar ein Pupill schon mit einem rechtmäßigen Vormunder versehen, diser aber zur Verwaltung seines Amts untüchtig ist, dann alsdañ, weil deme, der schon einen Vormunder hat, kein anderer Vormunder gegeben werden kan, wird einem solchen Pflegkind ein Treustrager gesetzt. Es hiette sich aber der untaugliche Vormunder, daß er nicht leichtlich, ohne Wissen und Anschaffung des Pupillen, die Bestellung eines Versorgers begehre, sondern solches der Obrigkeit überlasse, ansonst fallet die Gefahr dessen, was der nicht mit Recht geordnete Versorger gehandlet hat, nicht ohne Ursach auf den Vormunder, der ihne begehrt gehabt. Wann aber von der Obrigkeit ein solcher Treustrager gesetzt worden, ist selber ab deme, was er gleichsam für den Vormunder gehandlet, der Klag der geführten Geschäfften, nicht aber der Vormundschafts-Klag unterworffen, weil er nur das Amt eines Versorgers, nicht eines Vormunders vertretten hat; gleichwohl wird einem solchen Treustrager eines Pupillen Rechts-gültig eine Bezahlung gethan.

Die Zweyte Ereignuß ist, wann zwar durch Testament ein Vormunder ernennet worden, aber derselbe zu Führung der Vormundschaft untauglich sich befindet, dann solchen Falls muß auch dem Pupillen ein Versorger gesetzt werden, zum Exempel, wann

ein

fraudulentus tutelam gerere nequeat ob egestatem, adversam dignitatem, aut diffusum pupilli patrimonium. *L. quæsitum est 12. & L. solet etiam 13. ff. de tutel. L. propter latè diffusum 3. Cod. in quib. casib. tutor. vel Curator. hab. &c. L. testamento 11. Cod. de excusat. tutor. & Curator. L. fin. Cod. in quib. casib. tutor. &c.* Si tamen Tutori adjunctus sit Curator, pupilli pubertate officium tam Tutoris quàm Curatoris finitur, & alius Curator dandus est. *L. si Curatores 1. Cod. quand. tutor. vel Curator esse desin.*

Tertiò locô venit casus, quo Tutor ad tempus à tutela excusatur, ex. gr. si propter bonum commune, Legationem, aut Reipublicæ causâ absit, tunc enim, quia absolutè non desinit esse tutor, *L. nec ille 16. ff. de tutor. vel Curator. dat. ab his, qui &c.* eidem interim Curator adjungendus est. *Text. hîc & L. in omnem 15. ff. cit. tit.* Ratio est, quia generaliter Tutori Curator associari debet, quoties Tutor ad tempus legitimè impeditur, *L. non solùm autem 10. §. similiter 6. ff. de excusat.* licèt aliàs præsente Tutore idoneo Curator pupillo dari nequeat, per quem res geri debeant. *L. Curator 11. ff. de tutor. & Curator. dat. ab his, qui &c.* Datus tamen Curator ob absentiam tutoris in hac Curatela usque ad diem pubertatis pupilli perseverare debet. *L. curatorem 25. ff. eod.*

§. Quòd si Tutor final.

CUm crebrò crebriùs contingere possit, ut adversa valetudine vel alia necessitate Tutor præpediatur, quò minùs negotio pupillum
26 concernenti sua præsentia & authoritate consulere possit, & pupillus vel absens, vel infans sit, ideò, ut tali in casu pupillo meliùs prospiciatur, voluit Justinianus, ut decretô Prætoris vel Judicis pro tuenda pupilli causa aliquis Actor, id est, ut Perez *hîc* dicit, Adjutor vel Administrator constituatur, periculô tamen Tutoris, *Text. h.* ex ratione, quia, cùm in hoc casu Tutor tutelam retineat, ut ex *præced. §.* patet, alius Tutor dari nequit, & Tutor ipse nec alium Tutorem, nec Curatorem constituere potest, cùm id solius Magistratûs sit. *L. jus dandi 3. ff. de tutor. & Curat. dat. ab his, qui &c.* Sed neque Procurator

in

ein ansonst nicht betrüglicher Vormunder wegen Armuth im Weeg stehender Würde, oder des Pupillen weitschichtig zerstreuten Vermögen die Vormundschaft nicht verwalten könne. Doch wann einem Vormunder ein Treustrager beygesellet ist, so endet sich nach des Pflegkinds erlangter Vogtbarkeit sowohl das Amt der Versorgung, als jenes der Vormundschaft, und ist ein anderer Versorger aufzustellen.

Der Dritte Fall begibet sich wann der Vormunder auf eine Zeit von der Vormundschaft entschuldiget wird: zum Exempel, wann er wegen gemeinen Nutzen, in Gesandschaft, oder des gemeinen Weesens Anligenheiten abwesend ist, dann alsdann, weil er deßwegen nicht aufhöret Vormunder zu seyn, ist ihme entzwischen ein anderer Versorger beyzugesellen. Die Ursach bestehet hierinn, weil insgemein dem Vormunder ein Versorger beygegeben wird, so oft der Vormunder auf eine Zeit verhindert ist, obwohl ansonst so lang ein tauglicher Vormunder sich gegenwärtig befindet, dem Pupillen kein Treustrager gesetzt werden kan. Doch muß ein solcher wegen des Vormunders Abwesenheit geordneter Versorger bey seinem Amt bis zu Erfüllung der Vogtbarkeit des Pupillen verharren.

§. Quodsi Tutor final.

DA nun öfters zu geschehen pflegt, daß ein Vormunder durch Unpäßlichkeit oder andere nothwendige Vorfäll verhindert werde, denen Geschäfften des Pflegkinds mit seiner Gegenwart und 16
Authorität nach Genügen abwarthen zu können, und daß das Pflegkind abwesend, oder noch ein Kind seye, dahero hat Justinianus, damit in solchem Fall dem Pupillen besser fürgesehen werde, verordnet, daß zu dessen Beschützung, jedoch auf die Gefahr des Vormunders ein Sachführer, das ist, wie Peretz allhier spricht, ein Mithelffer oder Verwalter bestellet werde; die Ursach dessen ist, weil, da der Vormunder die Vormundschaft (wie wir oben gesehen) behaltet, kein anderer Vormunder gesetzt werden, minder der Vormunder selbst einen andern Vormunder oder Treustrager

in Tali casu constitui potest, quippe qui solùm à Domino litis vel rei constituitur, per *L. neque 11. & ibi DD. Cod. de Procurator.* Tutor autem ante litem contestatam non est litis Dominus, sicut nec rerum pupillarium, quarum administratio tantùm illi competit; sed neque Magistratus ex his ipsis rationibus, multò minùs pupillus absens, vel infans, Procuratorem constituere potest, idcircò actor est dandus, quem tamen etiam ipse Tutor dare potest, per *L. neque 11. Cod. de Procurat. & L. unic. Cod. de Actor. à tutor. seu Curat. dand.*

Cæterùm interroganti, quid pro pleniore *hujus tit.* cognitione adhuc circa Curatores observatu dignum sit, ℞. Generaliter loquendô, Curatori omnia ea observanda esse, quæ suprà *Tit. XXI. num. 9. 10. 11. 12. & 13.* de Tutore memoravimus, quia Tutor & Curator in plurimis æquiparantur.

17 Hodierno tamen Jure inter se differunt *1mò* quòd Tutor pupillo, seu impuberi, Curator autem adulto detur. *Princip. Institut. quib. mod. tutela fin. & princ. Inst. de Curat. Land-Recht tit. 5. art. 5.* *2dò* Tutor principaliter datur personæ, & secundariò rebus pupilli, Curator verò vice versa principaliter rebus, & secundariò personæ Curandi, de quo exstat *Gloss. in §. ad certum 3. verb. personæ Instit. qui testament. tutor. dari poss.* & id ipsum colligitur ex *cit. tit. & art.* Bayrischen Land-Rechts. *3tiò* Tutor certæ rei dari non potest, *§. certæ autem 4. Inst. dict. tit.* benè verò Curator. *§. item inviti 2. Instit. hoc. tit.* *4tò* Tutor testamentô dari potest, non item regulariter Curator. *tot. tit. Instit. qui testam. tutor. dar. poss. & §. dantur autem 1. hoc tit.* *5tò* Licèt habenti Tutorem Tutor dari nequeat, potest tamen dari Curator habenti Tutorem. *§. interdum 5. hoc tit.* Denique *6tò* inter se distant, quòd Tutor post completum in pupillo decimum quartum, in pupilla autem duodecimum ætatis annum Tutor esse dessinat, Curator autem exactô tam à pupillo quàm à pupilla annô vigesimô quin-

bestellen kan, als welches allein der Obrigkeit zustehet. So mag auch in solchem Fall kein Anwald oder Sach-Walter angestellet werden, weil ein solcher nur allein von dem Herrn des Stritts oder einer Sach gesetzet wird, der Vormunder aber ist vor der Kriegs Bevestigung nicht Herr des Stritts, minder der Pupillarischen Güter, massen über dise ihme bloß die Verwaltung gebühret, und aus eben disen Ursachen kan auch nicht die Obrigkeit, und noch minder der abwesende, oder noch in der Kindheit stehende Pupill einen Anwald oder Sach-Walter anordnen, dahero dann ein Aufseher zu bestellen ist, welches zwar der Vormunder selbst auch thun mag.

Im übrigen wann gefragt wird, was zu besserer Begreiffung dises Tituls in Betreff der Versorgern oder Treustragern annoch merckwürdig seye? So antworte ich, daß ein Treustrager, insgemein zu reden, all das jenige zu beobachten habe, was wir oben im 21sten Titul *num. 9. 10. 11. 12. & 13.* von denen Vormundern gemeldet haben, weil ein Vormunder und ein Versorger in denen meisten Dingen gleich geachtet werden.

Jedoch seynd sie heuntiges Tags unterschieden Erstens daß die Vormunder denen Unvogtbaren, die Versorger aber denen 17
Minderjährigen und Vogtbaren gegeben werden. Land-Recht *tit. 5. art. 5.* Andertens wird ein Vormunder hauptsächlich der Person, und nachgehends denen Gütern, hingegen der Treustrager zuforderist denen Gütern, und mittlbar der Person geordnet, wie aus dem angezogenen Titul und Articl der Land-Rechten abzunehmen ist. Drittens kann kein Vormunder, wohl aber ein Versorger über eine gewisse Sach gesetzt werden. Viertens mag ein Vormunder durch Testament, nicht aber ins gemein ein Treustrager verordnet werden. Fünfftens obwohl einem, der schon einen Vormunder hat, kein anderer Vormunder, so mag demselben doch ein Versorger gesetzt werden. Endlich und Sechstens höret der Vormunder nach Vollendung des vierzehenden bey einem Pfleg-Sohn, und des zwölften Jahrs bey einer Pfleg-Tochter, ein Treustrager hingegen nach Erfüllung des fünf und zwantzigsten Jahrs an Sei-

quintô, *princ. Instit. hoc tit.* in Bavaria tamen expletô annô vigesimô primô. Land-Recht *tit. 5. art. 5.* Quamvis, stante hac inter Jus Justinianeum & Bavaricum differentia, *Arnold. Rath Dissert. de different. Jur. Commun. & Bavar. ad cit. tit. & art.* der Land-Rechten *assert. 49.* censeat, quòd etiam de Jure Bavarico egressus vigesimum primum annum non amittat restitutionem in integrum, sed secundùm Jus Commune hoc Juris beneficio fruatur.

℞. Ulteriùs ad quæstionem suprà motam, quòd, quia in Consti-
18 tutos Curatores administratio transfertur, & tutela finitur, *L. à tutoribus 33. §. officium tutorum 1. ff. de administr. & peric. tutor.* ideò circa Curatores sequentia specialiter probè attendi debeant. *1mò* Curator pro Concuratore solvens solutum ab eo actione negotiorum gestorum recuperat. *L. ex facto 30. ff. de negot. gest.* *2dò* Curator simpliciter datus ad omnes causas datus esse intelligitur. *Gloss. fin. in L. Curatorem 25. ff. de Tutor. vel Curator. dat. ab his, qui &c.* *3tiò* Curator potest vel per se adultum defendere, vel ipsi adulto præsenti, interveniente Curatoris consensu, defensionem relinquere, prout actor elegerit. *L. gerere 1. §. in causis 3. ff. de administr. & peric. tutor.* *4tò* Si plures Curatores dati fuerint, quòd unus eorum gessit, id ratum est, quia omnes consentire videntur, nisi dissentiant. *L. si plures 3. & ibi Gloss. n. 2. ff. eod.* *5tò* Curator etiam post completum à minorenni vigesimum quintum ætatis annum tenetur litem cæptam perficere, nisi reddiderit rationes & instrumenta ad causam pertinentia, *L. ita autem 5. §. post completum 6. ff. cit. tit.* aliàs tenetur actione negotiorum gestorum. *6tò* Etiam Curatoris successores conveniri possunt actione negotiorum gestorum tam de dolo, quàm de lata culpa ipsius Curatoris, *L. Curatoris 17. Cod. de negot. gest.* Sicut & ipse Curator tam de gestis quàm de gerendis utili negotiorum

gesto-

then der Pupillen ohne Unterschied des Geschlechts, das jenige zu seyn auf, was beede gewesen seynd, in denen Bayrischen Landen aber endet sich die Versorgung schon mit Ausgang des ein und zwantzigsten Jahrs deren Pflegkindern Männ- und Weiblichen Geschlechts. Land-Recht *tit. 5. art. 5.* Ohnerachtet aber diser zwischen unsern Land- und denen gemeinen Rechten obwaltenden Ungleichheit, ist Arnold Rath *dissertat. de different. Juris Commun. & Bavar.* über obcitierten 5. Titul 5. Art. *assert. 49.* der Meynung, daß auch nach dem Chur-Bayrischen Recht die jenige, so das ein und zwantzigste Jahr zuruck gelegt, und überstigen haben, die Wiedereinsetzung in vorigen Stand (restitutionem in integrum) nicht verliehren, sondern solche Rechts-Wohlthat so lang fortgeniessen, als lang selbe nach denen gemeinen Rechten statt findet.

Weiters folget auf die hievor gestellte Frag, zur Antwort, daß, weil die Verwaltung denen angesetzten Treustragern, oder Versorgern übergeben, und die Vormundschaft geendet wird, son- 18
derheitlich folgendes zu mercken seye. Erstens ein Versorger, der für seinen Mit-Versorger bezahlet hat, erhaltet von ihme das Ausgelegte durch die Klag der geführten Geschäften. Andertens ein Versorger, der insgemein und überhaupts gegeben worden, wird über alle Geschäft und Sachen gesetzt zu seyn verstanden. Drittens ein Versorger kan einen Erwachsenen durch sich selbst beschützen, oder dem gegenwärtigen Erwachsenen mittls Ertheilung seines Consens die Beschützung überlassen, wie es der Kläger erwählet haben wird. Viertens wann mehrere Versorger gegeben worden, ist jenes, was der eine gehandlet hat, richtig, weil sie übereins zu stimmen scheinen, so lang sie nicht ausdrucklich einer widrigen Meynung seynd. Fünftens ist ein Versorger auch nach erfüllten 25sten Jahr des Minderjährigen den angefangenen Stritt auszuführen schuldig, ausgenommen er hätte Rechenschaft gepflogen, und die zum Stritt gehörige Schrifften und Urkunden übergeben, ansonst wurde er durch die Klag der gehandleten Geschäfften gebunden. Sechstens auch die Nachkömmlinge des Versorgers können mit eben solcher Klag belanget werden, sowohl wegen Betrug als gröblicher Nachlässigkeit des Versorgers selbst, wie dañ auch

gestorum actioni obnoxius est. *Gloss. final. in L. certum est 1. Cod. si tut. vel Curat. non gesser.* *7mò* Curator adulti, negans in causa adulti scripturam, convictus condemnatur in duplum. *Authent. contrà qui Cod. de non numerat. pecun.* *8vò* Curatorem habenti alius non potest adjungi, nisi causâ cognitâ, neque potest alius in ejus locum substitui, nisi priore anteà remoto; *L. curatorem 10. Cod. qui dare tutor. vel Curator. poss.* si tamen ipse Curator litem cæptam finire legitimè impeditus sit, suô periculô alium actorem constituere debet, *cit. L curatorem 10.* non tamen causam deserere potest. *L. Curator 12. Cod. eod.* *9nò* Curator, datus ad tempus locò tutoris vel Curatoris Reipublicæ causâ absentis, finitâ absentiâ definit esse Curator, secùs si absque expressione temporis datus fuerit. *L. si in locum 1. Cod. in quib. casib. tutor. vel Curat. habent. &c.* *10mò* Curator adulti non tenetur de præcedentis tutoris mala administratione, debet tamen curam administrare, & facere, quòd magis interest omnium partium, imò ipse Judex inter ipsum & tutorem, quamprimùm potest, suis partibus fungatur. *L. frustrà 1. & ibi Gloss. n. 1. Cod. de administr. tutor.* *11mò* Curator ante vigesimum quintum ætatis annum à Minorenni completum, durante administratione, cogi nequit ad reddendas rationes administrationis suæ, neque à Concuratore, neque à Minorenni. *L. rationes 14. & ibi Gloss. n. 1. Cod. eod.* Sic etiam Curator, datus ad protegendam causam vel litem, non potest conveniri de periculo administrationis alterius causæ, quàm illius, cujus defensio ipsi commissa est. *L. ad protegendam 3. Cod. de in lit. dand. tutor. vel Curator.* *12mò.* Curator datus ad litem, si quid bona fide erogavit, poterit utili negotiorum gestorum actione illud à Concuratoribus petere. *L. penult. & ibi Gloss. n. 1. Cod. de in lit. jurand.*

19 **Postremò indagabis, quid Curatori quoad alienationem rerum minoris animadvertendum sit?**

℞. Quod

wider den nemlichen Versorger sowohl um das, was er gehandlet hat, als was er handlen hätte sollen, dise Klag kan erhoben werden. Siebendens ein Versorger eines Erwachsenen, wann er dem Erwachsenen eine Schrifft ablaugnen, und dessen überwisen werden wurde, wird in zweyfache Ersetzung verurtheilet. Achtens jenem, der schon einen Versorger hat, kan kein anderer beygegeben werden, ausgenommen nach Erkanntnuß der Sach, und mag auch kein anderer an dessen Platz nachgesetzt werden, bevor selber abgestanden ist; wann jedoch der Versorger selbst den angefangenen Stritt auszuführen rechtmäßig verhindert wäre, so muß selber auf seine Gefahr einen andern hierzu bestellen, doch darff er den Stritt nicht völlig verlassen. Neuntens ein Versorger, welcher auf eine Zeit an statt eines des gemeinen Weesen halber abwesenden Vormunders oder Versorgers gesetzt worden ist, höret zugleich mit Ende der Abwesenheit auch auf Versorger zu seyn, ausgenommen er wäre ohne Ausdruckung einer gewissen Zeit aufgestellet worden. Zehendens ein Versorger eines Erwachsenen hat für die üble Verwaltung des gewesten Vormunders nicht zu hafften, jedoch aber Sorg zu tragen, und zu thun, was aller Seithen am nutzlichsten ist, ja der Richter hat zwischen einem solchen Versorger und den ehemaligen Vormunder, sobald als er immer kan, die Richtigkeit herzustellen. Eylftens kan ein Versorger unter währender Verwaltung, und vor erstreckten 25sten Jahr des Minderjährigen, zu Ablegung deren Rechnungen weder von dem Mit-Versorger, noch von dem Minderjährigen gezwungen werden; also auch kan ein Versorger, der zu Beschützung einer Sach oder Stritts gegeben worden, um die Gefahr einer andern Verwaltung nicht beklagt werden, als dessen, wessen ihme die Beschützung übertragen worden. Zwölftens ein zu einen Stritt-Handl gestellter Versorger, wann er etwas mit gutem Trauen und Glauben auslegt, kan solches von seinem Mit-Versorgern zuruck begehren.

Letztlich lasset sich fragen, was ein Versorger bey Veräusserung der Sachen eines Minderjährigen beobachten solle? 19

Ich

℞. Quod ſequitur. *1mò* Curator res mobiles adulti nequit alienare abſque decreto judicis pretioſas. *L. 22 Cod. de adminiſt. tut. L. ſive generalis 61. ſ. iſte autem 1. & ibi addit. marg. ff. de jur. dot.* uti nec res furioſi vel ſimilis alterius, *per L. qui neque 8. ſ. ſed ſi Curator 1. & ibi Gloſſ. n. 2. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel Cur.* quod fortiùs procedit de rebus immobilibus, has enim ſicut Curatori minoris ſine decreto alienare, aut obligare non licet, ita ſimiliter alienatio prædii, ad furioſum pertinentis, Curatori permiſſa haud eſt. *L. orationis 2. Cod. de Curator. furioſ.* Ratio hujus eſt, quia ad Curatores quoque adultorum & aliorum porrigitur ſententia orationis Imperatoris Severi, recitatæ in ſenatu Romano, qua Tutoribus alienationem rerum pupillarium interdixit, quæ ipſa Oratio inſerta eſt. *L. Imperatoris 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura ſunt. vid. Gloſſ. ibid. n. 3.*

2dò Curator etiam bonorum diſtrahendorum gratiâ conſtituitur, cùm clara perſona (veluti ſenatoris vel uxoris ejus) in ea cauſa ſit, ut ejus bona vendi debeant, ut honeſtiùs ex pretio illorum, quantùm poteſt, Creditoribus ſolvatur, prout ſtatuitur in *L. Curator 5. ff. de Curator. furioſ. &c.* *3tiò* denique Tutorem circa alienationes ita ſe gerere oportet, ſicut de Tutoribus antecedenter *Tit. XXI. num. 11.* explicavimus.

Ich antworte: folgendes, Erstens ein Versorger kan die bewegliche Sachen eines Minderjährigen ohne Obrigkeitlichen Ausspruch nicht veräussern, und also auch weder die Sachen eines Sinnlosen oder dergleichen; welches in Betracht deren unbeweglichen Gütern noch festeren Platz greiffet, dann gleichwie dise ein Treustrager eines Minderjährigen ohne der Obrigkeit Erkanntnuß nicht hingeben, oder verbindlich machen darff, also ist auch dem Versorger eines Sinnlosen unerlaubt, ein deme angehöriges Grund-Stuck zu veräussern, aus Ursach, weil alle dise Veräusserungen in denen allgemeinen Rechten verbotten seynd.

Andertens und endlich hat sich ein Versorger überhaupts bey Veräusserung deren Gütern eines Minderjährigen, oder einer andern unter der Treustragung stehenden Person, solchermassen zu verhalten, wie wir oben von denen Vormundern in den 21. Titul *num 11.* mit mehrern erwehnet haben.

TITULUS XXIV.

De Sadisdatione Tutorum vel Curatorum.

SUMMARIA.

N. 1. Sadisdatio Tutorum, & Curatorum quid ſit?
2. Quinam Tutores à Satisdatione eximantur?
3. Hodie omnes Tutores & Curatores ſatisdare tenentur.
4. Pluribûs datîs Tutoribus, quis tutelam adminiſtrare debeat?
5. An, uno gerente, reliquos actio tutelæ teneat?
6. Num plures Tutores, ſi velint, Tutelam ſimul adminiſtrare valeant?
7. Vel an unum pro adminiſtratione eligere poſſint?
8. Quidſi autem in electione non conveniant?
9. Si ex pluribus Teſtamentô, vel cum inquiſitione datis tutoribus unus ſatisdationem offerat, an cæteris in adminiſtratione anteferendus ſit?
10. Quo ordine ab illis, ad quos adminiſtratio pertinuit, damnum datum pupillo reſarciri oportet?
11. Num tutores & Curatores ad ſatisdationem cogendi ſint?
12. Quid circa ipſam ſatisdationem advertendum ſit?
13. Quomodò Magiſtratus ex tutelis obligentur?

AD

Vier und Zwanzigster Titul.

Von der Borgschaft und Versicherung deren Vormundern und Versorgern.

Innhalt.

N. 1. Was die Borgschaft und Versicherung deren Vormundern und Treustragern seye?

2. Was für Vormunder vonsolcher Borgschaft ausgenommen?

3. Heutiges Tags haben alle Vormunder und Versorger Borgschaft zu leisten.

4. Wann mehrere Vormunder gesetzt seyn, wer die Vormundschaft verwalten solle?

5. Wann einer allein die Vormundschaft führet, ob die übrige der Vormundschafts-Klag unterworffen seyen?

6. Ob mehrere Vormunder, da sie wollen, die Vormundschaft zugleich verwalten können?

7. Oder ob sie einen aus ihren Mittel zur Verwaltung erwählen mögen?

8. Was zu thun, wann sie in solcher Wahl einig werden.

9. Wann aus mehrern durch Testament, oder mit Untersuchung gegebenen Vormundern einer die Borgschaft anerbiettet, ob selber denen andern in der Verwaltung vorzuziehen seye?

10. In was für einer Ordnung die jene, so dem Pupillen übl gewürthschafftet, den verursachten Schaden zu ersetzen haben?

11. Ob die Vormunder und Versorger zur Borgschaft oder Versicherung gezwungen werden mögen?

12. Was bey der Borgschaft selbst zu bemercken komme?

13. Wie die Obrigkeiten wegen der Vormundschaften verbunden werden?

 Ein-

AD PRINCIPIUM.

1 Satisdatio, qua hodierno jure Tutores vel Curatores cavere debent, rem pupilli vel adulti salvam fore, *Text. hic & tot. tit. ff. rem pupill salv. for.* tria potissimùm capita involvit.

Primum est, quòd jurare debeant, rem pupilli vel minoris pro viribus salvam servare, promitteréque, se pupillum vel adultum pro possibili defensuros fore. *Novell. 72. cap. 8. L. de creationibus 27. Cod. de Episcop. audient.* Et novissimè *Recess. Imper. de ann. 1548. tit. 31. §. 3. ibi:* auch mit Gelübden und Ayden beladen werde. ꝛc. nec non *Recess. Imper. ulterior de ann. 1577. tit. 32.* Accedunt Jura Patria, ita tamen, ut rigorem hunc istum aliqualiter mitigent, & Land-Recht *tit. 5. art. 4.* in Judicis arbitrio ponant, an juramentum exigere, aut an pro tutelarum ac circumstantiarum diversitate etiam promissionem locò juramenti admittere velit, verb: und darauf der Obrigkeit und Kindern Pflicht thun, oder an Ayds-statt geloben.

Alterum est, quòd ipsa tutelæ vel Curatelæ susceptione bona Tutorum vel Curatorum pupillis aut minoribus tacitè hypothecentur. *L. pro officio 20. Cod. de administrat. tutor. & ibi DD. L. divortio 35. §. cæterùm 3. ff. de negot. gest. Gloss. in L. vel cum fisco 9. ff. de confirmand. tutor. n. 1. Novell. 118. cap. 5. in fin.* Quamvis igitur Jure communi pupillis vel minoribus solùm de tacitâ hypotheca in bonis Tutorum & Curatorum prospectum sit, idque etiam Jure nostro Provinciali, Gandt-Proceß *tit. 2. art. 15.* locum inveniat, in Bavaria

Eingang.

DIe Borgschaft, oder Versicherung, Krafft welcher nach heuntigen Recht die Vormunder und Versorger, ihren Pflegkindern, oder erwachsenen Minderjährigen die Güter und Sachen schadlos zu halten, angeloben müssen, begreifft hauptsächlich drey Stuck in sich. 1

Das Erste ist, daß selbe schwören, die Sachen des Pflegkinds nach Möglichkeit unbeschädigt zu erhalten, und zugleich versprechen müssen, das Pflegkind nach allen Kräfften zu beschirmen, wie in denen Reichs-Abschieden von Anno 1548. *tit. 31. §. 3. ibi* auch mit Gelübden und Ayden beladen werde 2c. und von Anno 1577. *tit. 32.* zu ersehen ist. Wormit auch die Chur-Bayrisch. Land-Recht *tit. 5. art. 4.* übereins stimmen, jedoch die Schärffe des gemeinen Rechts in etwas mildern, und zu der Obrigkeit Ermessung und Willkur stellen, ob dieselbe nach gestaltsame der Vormundschaften und Umständen den Ayd erfordern, oder aber an Ayds-statt eine Gelobung zulassen wolle, verb. und darauf der Obrigkeit und Kindern Pflicht thun, oder an Ayds-statt geloben.

Das Anderte ist, daß durch Annehmung der Vormundschaft oder Treustragung alsogleich das Vermögen deren Vormundern und Treustragern denen Pupillen und Minderjährigen heimlich und stillschweigend verpfändet werde. Obwohl demnach, Krafft gemeiner Rechten, ihnen Pupillen und Minderjährigen in denen Gütern ihrer Vormundern und Versorgern nur eine stille Hypothec fürgesehen ist, und dises auch Vermög Chur-Bayrischen Gand-Proceß *tit. 2. art. 15.* also statt findet, so handlet doch,

 nach

ria tamen ex consilio *Balthasar ad Jus Bavar. tit. 5. resolut. 4. num. 8.* melius agit Judex vel Magistratus, si in decernenda tutela vel curatela pupillis aut minoribus expressam in determinatis Tutorum vel Curatorum bonis hypothecam constituat, ex ratione, quia aliàs vi *cit.* Gandt=Proceß *tit. 2. art. 11.* Tutoris vel Curatoris uxor pupillis & minoribus, tacitam tantùm hypothecam habentibus, præferretur.

Tertium, quod satisdatio includit, est, ut Tutores vel Curatores etiam per fidejussores caveant, secundùm *Gloss. in princ. verb. satis-*
1 *dent hoc tit. & L. non quasi 4. in princ. ff. rem pupill. salv. for. L. prætoriæ 7. ff. de stipulat. prætor. Recess. Imper. cit. de ann. 1577. tit. 32.* ut nempè tali ratione in casu, quo bona Tutoris vel Curatoris perirent, vel diminuerentur, pupillorum minorúmve indemnitati per fidejussores consulatur. Ast Jura Patria, Land=Recht *tit. 5. art. 4.* cautionem fidejussoriam, à Tutoribus vel Curatoribus exigendam, spectatis horum qualitatibûs arbitrio Judicis committunt: **Auch wo es die Obrigkeit für Noth ansicht, ein Versicherung, Gewißheit, oder Vorgschafft thuen ꝛc.**

Suppositâ hac Satisdationis, à Tutoribus & Curatoribus præstandæ, notitiâ, Imperator aliquos ab ista satisdandi necessitate eximit, im-
2 munésque declarat, scilicèt Tutores testamentô vel ex inquisitione, uti & Curatores ex inquisitione datos. *Text. hic.* De Testamentariis constat etiam ex *L. Pater 4. L. testamentô 17. ff. de testamentar. tutel. L. de creationibus 27. Cod. de Episcop. audient. & L. fin. §. & siquidem 5. Cod. de Curat. furios.* & ratio est, quia talis Tutoris fides probata, & approbata est à Testatore, ita ut Patris testimonium locò satisdationis sit, & sufficiat, Pater enim optimè Liberis suis prospicere creditur. *L. si plures 3. §. si parens 1. ff. de administr. & peric. tutor.* Pariter de Tutoribus vel Curatoribus ex inquisitione datis liquescit ex *L. si impuberes 13. §. sed si 2. ff. de tutor. vel Curator. dat. ab his, qui &c.* & ex ratione, quia hoc ipso, quòd ex inquisitione sint dati, de eorum fide constat, *cit. L. testamento 17. §. non omnimodò*

1. ff.

4 SEcunda ratio, ob quam quis à tutela excuſari poſſit, eſt Adminiſtratio Fiſci, *Textus hìc*, publica enim utilitas privatæ prævalet, *L. Lucius Titius 21. in princ. ff. ad municip.* & ob paritatem rationis excuſantur etiam Principis Conſiliarii, *L. Jurisperitos 30. ff. de excuſat.* Adminiſtratores rerum Principis, *L. adminiſtrantes ff. eod.* item curam alicujus rei Principis gerentes, quamdiu gerunt, præſertim ſi commodè & curam rei, & tutelam gerere nequeant; *L. Geometræ 22. ʃ. hi verò 1. ff. dict. tit.* magìs enim publicis, quàm privatis providendum eſt. *Authent. res quæ ſubjacent Cod. commun. de legat. & fideicom.* Hodiè potiſſimùm excuſantur die Renntmeiſter, Steur-Buchhalter, Steur-Caſſer, Steur-Einnehmer, & ſimiles, qui unà cum ſuo officio difficulter tutelas adminiſtrare poſſunt, ne, dum quis ſit pluribus intentus, minor ſit ad ſingula ſenſus, névè, dum ad utrumque feſtinatur, neutrum benè peragatur, ut ait Juſtinianus in *L. fin. in princip. Cod. de adſeſſor. & domeſt. &c.*

§. Item qui Reipublicæ causá II.

5 TErtiò à tutela ſuſcipienda ſe excuſare poſſunt, qui Reipublicæ causâ abſunt, *Text. hìc*, nemo enim duobus Dominis ſervire poteſt.

Id

Letztlich ist hier wohl anzumercken, daß der jenige, welcher sich von einer Vormundschaft zu entschuldigen gedenckt, zu der nemlichen Zeit, da ihme dieselbe aufgeburdet werden will, die erforderliche Zahl der fünf Kindern würcklich besitzen müsse; dahero, wann einem, der so vile Kinder hat, eine Vormundschaft zugemuthet wird, und er selbe mittls Entschuldigung von sich schiebet, hinnach aber ein Kind davon ihme verstirbt, ist er die schon einmal abgeschlagene Vormundschaft anzunehmen nicht mehr schuldig, einer andern neuen aber wird er schwerlich entgehen.

§. Item Divus Marcus I.

DIe zweyte Ursach, wegen welcher sich jemand von einer Vormundschaft entschuldigen kan, ist die Verwaltung eines Fi- 4
scal-Amts, dann der allgemeine ist dem privat- oder sonderbaren Nutzen einzerley Personen, als ein Pupill. oder Minderjähriger ist, vorzuziehen. Wegen Gleichheit der Ursach werden auch entschuldiget die Räthe eines Fürstens, die Verwalter deren Sachen eines Fürstens, und jene, so über einige Güter eines Fürstens Sorg tragen müssen, so lang ihnen dise Sorg aufgelegt ist, sonderlich in dem Fall, da sie die nemliche Obsorg zugleich neben der Vormundschaft nicht komentlich führen können, weil mehrers dem gemeinen als Privat-Weesen fürzusehen ist. Heuntiges Tags werden am meisten entschuldiget die Renntmeister, Steur-Buchhalter, Steur-Casser, Steur-Einnehmer, und dergleichen, welche nebst ihrem Amt schwerlich die Vormundschaft wohl verwalten können, damit nicht, da einer auf gar zu Viles zu dencken hat, auf das Mehrere ein kurtzer Sinn gewendet, oder nach dem Ausspruch Justiniani, da man auf zweyerley Geschäften sich verleget, keines gut verrichtet werde.

§. Item qui Reipublicæ causâ II.

DRitens können sich von der Vormundschaft die jenige entschuldigen, welche des gemeinen Weesens wegen abwesend seynd, 5
dann niemand kan zweyen Herren dienen; ja so gar, wann ein

 solcher

Id ipſum etiam colligitur *ex L. adminiſtrantes 41. ſ. eorum 2. ff. de excuſat.* quin imô, ſi is, qui Reipublicæ causâ abſuit, revertatur, poſt reditum ſuum integro adhuc anno excuſationis à tutela accipienda beneficio gaudet. *Text. h. & L. non ſolùm 10. in pri. & ſ. quas denique 2. ff. eod. nec non L. certum eſt 2. Cod. ſi tut. vel Curat. Reipubl. cauſ. aber.* Procedit hoc autem ſolummodò circa tutelam ſuſcipiendam: aliud enim dicendum eſt de jam ſemel ſuſcepta, ab hac enim alicui, Reipublicæ causâ abſenti, ampliùs ſe abſolutè excuſare non conceditur, ſed ſolùm eatenùs, & ad illud tempus, quo abeſt, *L. qui tutores 1. Cod. ſi tut. vel Curat. Reipubl. cauſ.* intra quod temporis ſpatium abſens periculo tutelæ non adſtringitur; ut tamen interea pupillo proſpiciatur, ſtatuit hìc Juſtinianus, ut in abſentis tutoris locum Curator detur; quamprìmùm verò Tutor redierit, mox iterum ſuſceptam tutelam gerere tenetur, non enim illi unius anni intervallum indulgetur, ſicut aliis abſentibus ad excuſationem à tutela ſuſcipienda. *cit. L. non ſolùm 10. ſ. quas denique 2. ff. de excuſat.* In caſu tamen, quo aliquis tutelâ jam ſuſceptâ Reipublicæ causâ abſens foret, non reverſurus ante pubertatem pupilli, non Curator, ſed alius tutor dandus eſt. *L. tutor quoque 3. ſ. ſi quis abſuturus 10. ff. de ſuſpect. tutor. & Curator.*

Quinam verò Reipublicæ causâ abeſſe cenſeantur, deſumendum eſt ex *L. abeſſe Reipublicæ 32. L. qui mittuntur 35. L. Reipublicæ causâ 36. & L. ſi cui 38. ff. ex quib. cauſ. major. 25. ann. in integr. reſtit.* quò brevitatis causâ Lectorem remitto.

§. Et qui poteſtatem III.

6 QUartò à novæ tutelæ ſuſceptione ſe excuſandi facultas iis quoque còmpetit, qui habent poteſtatem aliquam cum dignitate, quales

solcher von seiner Abwesenheit zuruckkommet, ist ihme erlaubt, nach der Zuruckkehr sich noch ein gantzes Jahr lang zu entschuldigen, jedoch also, daß solche Entschuldigung nur bey einer erst neu anzunehmen seyenden Vormundschaft statt finde, ein anderes aber ist von einer schon vorhin übernommenen Vormundschaft zu verstehen, massen von diser sich einer, der auch wegen dem gemeinen Weesen abwesend ist, sich nicht mehr gantz und gar, sondern nur in so weit und lang entschuldigen kan, als lang seine Abwesenheit dauret, unter welch-währender Abwesenheits-Zeit er jedoch um keine Gefahr oder Verantwortung der Vormundschaft hafftet; damit aber indessen dem Pupillen fürgesehen werde, befilcht allhier Justinianus, daß demselben, in so lang der Vormunder abwesend, an dessen Platz ein Versorger gesetzt werde. Doch so bald der Vormunder wird zuruck gelangt seyn, muß derselbe alsogleich wiederum die aufgehabte Vormundschaft verwalten, und wird ihme zur Entschuldigung kein Jahrs-Frist, wie im vorigen Fall, wo es um die Annehmung einer neuen Vormundschaft zu thun ist, gestattet. Sofern aber ein Vormunder, der schon würcklich mit einer Vormundschaft beladen ist, zum Nutzen des gemeinen Weesens abwesend seyn müste, und vor der Vogtbarkeit des Pupillen nicht mehr zuruckkommen könte, wäre dem Pflegkind kein Versorger, sondern ein anderer Vormunder aufzustellen.

Wer aber eigentlich des gemeinen Weesens halber abwesend zu seyn erachtet werde, wird nebenstehend aus dem Lateinischen Innhalt besser zu erkundigen seyn. Ich melde dahero nur kürtzlich, daß hierunder hauptsächlich verstanden werden, welche von dem gemeinen Weesen, zum Nutzen oder in Geschäften desselben verschicket seynd, welches hauptsächlich der vernünftigen Entscheidung jedwederer Obrigkeit überlassen wird.

§. Et qui potestatem III.

Viertens mögen sich von einer neu anzunehmen seyenden Vormundschaft der Entschuldigung gleichfalls jene gebrauchen, 6
welche einen mit Würde begleiteten Gewalt besitzen, als da seynd

les ſunt in Imperio Magiſtratus, quique majorem honoris gradum obtinent, uti Conſules, Prætores &c. *Text. hic, & L. ſi duas 6. §. remittuntur 16. L. non tantùm 17. §. ſanè 5. L. adminiſtrantes 41. in princ. ff. de excuſat.* ne propter tutelarum geſtionem bonum commune & publicum, particulari pupillorum commodo prævalens, negligatur. Si verò, ante acquiſitam poteſtatem, tutelam jam ſuſceperunt, ab illa ſe poſtea excuſare ampliùs nequeunt, *Text. hic, & dict. L. non tantùm 17. §. ſanè 5.* quod enim inceptum eſt, perfici debet; *§. mandatum 11. Inſtit. de mandat.* aliam rationem ſuggerit Schneidewin. *ad hunc §. n. 2.*

§. Item propter litem IV.

7 QUintam excuſationis à tutela cauſam Tutori ſubminiſtrat lis, inter ipſum & pupillum ſuper aliqua hæreditate, majore parte bonorum, aut omninò de omnibus bonis verſans, *L. propter litem 21. in princ. ff. de excuſat. & Text. hic,* quia talis Tutor aut adversùs ſe ipſum agere, aut pupillum non ritè defenſum relinquere deberet, quorum illud naturali rationi, hoc Tutoris officio & obligationi repugnat. Aliter res ſe habet, ſi ſolummodò de re modica litigetur, tunc enim excuſatio locum non invenit; *Text. hic, & dict. L. 21. in princ.* Hoc autem denuò de tutela noviter aſſumenda ſolummodò intelligendum eſt, ſi enim poſt jam ſuſceptam litigium inter Tutorem & pupillum oriatur, ob illam excuſationi locus non patet, ſed interea pupillo Curator in litem dandus eſt, *§. ſi inter tutorem fin. Inſtit. de authorit. tutor. & L. ſi quas petitiones 1. Cod. de in lit. dand. tutor vel Curat. & L. an tibi 2. in fin. Cod. eod.* litè verò finita tutor iterum tutelam adminiſtrare debet.

Cæterùm hodie excuſationi à ſuſcipienda tutela propter litem via & occaſio non ampliùs ſuppetit, quia aliunde Debitores, & Creditores pupillorum, eorundem Tutores eſſe nequeunt, Jure ſcilicet Novellarum *Collat. 6. tit. 1. cap. 1.* ſive *Novell. 72. cap. 1. & Authent. minoris Cod. qui dar. tutor. vel Curator. poſſ.*

§. Item

dem Reich die Obrigkeiten, und die in grössern Ehren stehen, wie Burgermeister, Richter ꝛc. damit durch Führung der Vormundschaften das Wohl des gemeinen Weesens, welches dem privat- oder sonderbaren Nutzen deren Pupillen vorzuziehen ist, nicht gehindert werde. Wann aber solche Personen schon vor der erhaltenen Würde einer Vormundschaft sich unterzohen, können sie dieselbe nicht mehr von sich schieben, dann, was einmal angefangen ist, muß auch zu Ende gebracht werden.

§. Item propter litem IV.

Die fünfte Entschuldigungs Ursach reichet einem Vormunder an 7
die Hand, wann zwischen ihme und dem Pflegkind ein Stritt um eine Erbschaft, um den grössern Theil der Güter, oder wohl gar um alles Vermögen obwaltet, weil ein solcher Vormunder entweders wider sich selbst handlen, oder den Pupillen unbeschützt lassen müste, welch- ersteres der natürlichen Vernunft, letzteres aber der Amts-Pflicht eines Vormunders widerstrebet. Ein anders ist, so der Stritt nur etwas weniges betrift, dann alsdann findet keine Entschuldigung Platz. Doch ist dises mehrmal nur auf eine noch nicht übernommene Vormundschaft auszudeuten, massen, wan nach würcklich angetrettner Vormundschaft sich erst ein Proceß zwischen dem Vormunder und Pflegkind erhebet, hat deßwegen die Entschuldigung nicht mehr statt, sondern es ist indessen dem Pupillen zu Führung des Stritts ein anderer Versorger zu stellen, und nach erledigten Streithandel die Vormundschaft alsogleich von dem Vormunder wider zu verwalten.

Ubrigens ist heuntiges Tags zu der Entschuldigung von der Vormundschaft wegen einem Stritt Weeg und Gelegenheit nicht leichtlich mehr verhanden, weil die Schuldner und Glaubiger deren Pupillen, nach dem Recht der Novellen, zu keiner Vormundschaft gelassen werden.

§. Item

§. Item tria onera V.

8 SExtò excuſationem à ſuſcipienda tutela ille allegare poteſt, qui aliunde jam tres non affectatas tutelas vel Curatelas gerit; *Text. hîc, & L. excuſantur 2. §. fin. ff. de excuſat.* quod partim in favorem pupillorum, partim in commodum tutorum ita conſtitutum eſt, ut eò commodiùs attentiúsque tum pupillaria, tum propria bona adminiſtrare valeant, quod fieri vix poſſet, ſi tutelis ultrà modum & numerum gravarentur, cùm nemo pluribus, ſibi ipſi nocivis, officiis fungi debeat, *arg. L. ille, à quo 13. §. tempeſtivum 4. ff. ad SCt. Trebellian.* Jus noſtrum ſtatutarium, quamvis propter tutelas jam ſuſceptas excuſationem admittat, non tamen exprimit, quot numero tutelæ excuſent, ſed præcisè dicit: oder ſey darvor mit ſchwären Vormundſchafften beladen, Land-Recht *tit. 5. art. 1.* cùm ergò per duas tutelas jam pluralis numerus, in *primùm cit. art.* expreſſus, habeatur, videtur alicui ad excuſationem prodeſſe, ſi ſolùm duas tutelas, eásque valdè oneroſas, adminiſtret, circa quod tamen arbitrio Judicis locum reliquendum eſſe puto; neque per hoc Jus Bavaricum à Jure communi differre exiſtimes velim, quia, ut docet *Manzius Inſtit. hîc num. 3.* etiam propter duas nimiùm negotioſas moleſtáſque, imò propter unicam quoque, difficultatibus rationum conficiendarum & reddendarum obnoxiam tutelam, dicto jure communi, ſe excuſare conceſſum videatur, *arg. L. ſi is 31. §. fin. ff. de excuſat.* Pluralitas autem tutelarum non à numero pupillorum, aut bonorum pupillarium, ſed à pluralitate & diverſitate patrimoniorum deſumenda eſt; ait enim hîc Juſtinianus: *ùt tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur;* Quod ipſum vult Ulpianus in *L. tria onera 3.* & Paulus *in L. ſi is 31. §. cæterùm 4. ff. de excuſation.*

Porrò ut tres tutelæ excuſationi ſint, requiritur, ut omnes actu, & ſimul adminiſtrentur, ſucceſſivè enim geſtæ non relevant, quia hoc

caſu

§. Item tria onera V.

Die sechste Entschuldigung darff von dem jenigen eingewendet werden, der ohnehin schon drey nicht selbst gesuchte Vormundschaften verwaltet, und geschiehet dises theils zum Nutzen deren Pflegkindern, theils zum Vortheil deren Vormundern, damit 8
selbe desto besser und aufmercksamer sowohl deren Pupillen, als ihren eignen Gütern vorstehen können, welches kaum möglich, wann sie mit gar zu vilen Vormundschaften überladen wären, dann es ist keiner schuldig, mehrere ihm selbst schädliche Aemter zu tragen. Unsere Chur-Bayrische Rechte, obwohl sie wegen Mehrheit der Vormundschaften die Entschuldigung zulassen, werffen doch nicht aus, wie vile Vormundschaften hierzu erforderlich seyen, sondern sagen nur platter Dingen: oder sey darvor mit schweren Vormundschaften beladen, Land-Recht *tit 5. art. 1.* Weil nun in zweyen Vormundschaften schon eine mehrere Zahl begriffen ist, welche in kurtzgedachten Articul ausgedruckt wird, so scheinet es, daß sich einer, der nur zwey Vormundschaften hat, wann dise weitschichtig und beschwerlich seyen, wohl entschuldigen könne, wobey jedoch auf die Ermessung der Obrigkeit acht zu haben vermeyne. Söndert sich auch durch dises das Chur-Bayrische Land- von dem gemeinen Recht nicht ab, weil nach disem letztern, wie Manzius lehret, sich jemand wegen zweyen weitläuffigen und mühesamen, und wohl auch wegen einer eintzigen Vormundschaft, welche bey Verfaß- und Ablegung deren Rechnungen sonderheitlichen untergeben ist, entschuldigen könne. Dise Mehrheit deren Vormundschaften aber ist nicht von der Vile deren Pflegkindern, oder deren Pupillarischen Gütern, sondern von der Vilheit und Anzahl deren absonderlichen Vermögenschaften abzunehmen, dann es sagt Justinianus allhier: doch daß die Vormundschaft mehrerer Pflegkindern, oder die Versorgung ihrer Gütern, gleich deren Brüdern, für eine gehalten werde.

Damit aber drey Vormundschaften zur Entschuldigung helffen, ist erforderlich, daß selbe würcklich, und zugleich verwaltet werden, dann da sie nach und nach geführet worden, entschuldigen

casu cessat ratio excussationis, quæ ideò conceditur, ne ob multiplices tutelas, earúmque vix possibilem bonam administrationem, vel tutor, vel pupilli damnum sustineant. Ampliatur, ut etiam tres actu simul administratæ tutelæ ad excusandum non prosint, si una earum statim, vel brevi tempore sit finienda, *L. non tantùm 17. in princ. ff. de excusat.* quia modicum tempus, quo quatuor tutelæ gerendæ essent, v. g. semestre, multùm præjudicare, aut magnum damnum afferre non potest; imò si ex tribus tutelis una sit valdè modica, exiguum in administrando laborem requirens, etiam à quarta excusatio non datur, *L. spadonem 15. §. est autem 15. ff. eod.* quia tale modicum patrimonium, cùm pariter modicam diligentiam exigat, excusationem non meretur, quæ solúm ob graviora onera tutelæ conceditur, insupérque, stante tali exigui patrimonii tutela, satis adhuc reliquæ tres administrari possunt. Denique, ut tres tutelæ excusent, neutra debet esse affectata, vel studiô quæsita, *sæpè cit. L. spadonem 15. §. est autem 15. ff. dict. tit.* quia talis affectata tutela onus dici nequit, sed potiùs complacentia, cùm tamen solùm tria onera tutelarum dent excusationem, *cit. L. tria onera 3. ff. eod.*

Quæres, utrùm duas tutelas habens, ad tertiam verò vocatus, si contra hanc vocationem appellet, appellatione pendente à quarta se excusare valeat? Ad hoc respondet Modestinus in *L. diximus 4. in princ. ff. de excusat.* negativè, quia à parte rei tres tutelas non administrat.

Quæres ulteriùs, utrùm filiusfamilias ad tutelam vocari possit, si ejus pater jam tres alias tutelas administrat? ℞. Pariter negandô, quoniam tutela à filiofamilias suscepta etiam patrem obligat. *L. si filiusfamilias 7. ff. de tutel.*

§. Sed

sie nicht, weil in solchem Fall die Ursach der Entschuldigung aufhöret, als welche destwegen gestattet wird, damit bey gar zu vilen Vormundschaften wegen der zu einerley Zeit fast ohnmöglich fallenden Verwaltung entweders der Vormunder, oder die Pupillen keinen Schaden leyden dörffen. Welches dahin erweitert wird, daß auch drey zugleich würcklich führende Vormundschaften zur Entschuldigung nicht hinreichen, wann deren eine gleich, oder wenigist in Bälde zum Ende gehet, weil eine kurtze Zeit, in welcher vier Vormundschaften zu tragen wären, zum Exempel 6. Monat, keinen grossen Schaden bringen können. Ja, wann aus dreyen Vormundschaften eine gar klein seye, und geringe Mühe und Geschäften mit sich führe, findet die Entschuldigung von der Vierten nicht Platz, weil ein so weniges Vermögen, da es eben auch nur wenigen Fleiß erfordert, keine Entschuldigung verdienet, massen dise allein wegen grösseren Burden und Beschwärnussen deren Vormundschaften zugestanden wird, und bey solch geringer Vormundschaft die übrige drey von einem noch begnügig versehen werden können. Endlich damit drey Vormundschaften eine Entschuldigung würcken, muß keine freywillig, oder mit Fleiß gesucht worden seyn, zumal eine also nachgestrebte kein Burd, sondern vilmehr eine wohlgefällige Sach genennet werden kan, da doch allein drey Bürden deren Vormundschaften eine Entschuldigung verschaffen.

Nun ist die Frag, ob der, so zwar zwey Vormundschaften auf sich hat, zur dritten aber beruffen worden, und hierwider appelliert, unter währender Appellation sich, von der vierten entschuldigen könne? worauf Modestinus mit Nein antwortet, weil er nicht würcklich drey Vormundschaften verwaltet.

Weiters wird gefragt, ob ein unter vätterlichen Gewalt stehender Sohn zum Vormunder gestellet werden könne, falls dessen Vatter schon drey andere Vormundschaften verwaltet? Ich antworte gleichmäßig mit Nein, weil die von dem Sohn angenommene Vormundschaft auch den Vatter verbindlich machet.

§. Sed & propter paupertatem VI.

9 SEptimo loco occurrit paupertas, quâ se etiam aliquis à tutela excusare potest, *Text. hic, & L. paupertas 7. nec non L. post susceptam 40. §. paupertas. 1. ff. de excusat.* indignum enim est, ut ille alienis rebus invigilet, qui suis vix præesse potest, nec tenetur aliorum bona administrare, qui ut sibi adversùs malam famem provideat, vix non ostiatim stipem quærere compellitur; hanc tamen paupertatem pro excusatione allegans docere eandem, & probare vi *textûs* nostri debet.

§. Item propter adversam valetudinem VII.

10 OCtavò conceditur excusatio à tutela vel cura illis, qui ita cum morbis vel adversa valetudine luctantur, ut ne suis quidem rebus vigilem oculum adhibere possint. *Text. h. & L. non solùm 10. §. fin. ff. eod.* Rationem assignat Tryphoninus JCtus in *L. Titius 45. §. fin. ff. hoc tit. ne impossibile injungatur tutelæ munus, quod obiri à liberto* (corporis aut mentis valetudine ab agendis rebus prohibito, ut verba textûs antecedentia habent) *non potest, cum incommodo pupilli, & adversùs utilitatem ejus.* Unde hæc excusatio tam in incommodo infirmi, quàm in futuro damno pupilli fundatur. Dictis suffragatur *tot. tit. Cod. qui morb. se excus.* Hæc autem rursùm de excusatione tutelæ primùm adeundæ procedunt; de jam adita verò aliud discrimen est faciendum, vel enim infirmitas superveniens est perpetua, vel temporalis? si temporalis sit, Tutor infirmus solùm excusatur ad tempus, & interim Curator substituitur: *L. solet 13. ff. de tutel. & L. non solùm 10. §. si quis ita 8. ff. de excusat.* Quando verò perpetua est, tunc tutor quoque in perpetuum excusatione fruitur, & tutelam susceptam rectè deponit, *L. idem Ulpianus 12. & L. post susceptam 40. ff. eod.* ita, ut alium tutorem pupillo dari oporteat: *L. cùm plura 17. ff. de tutel.*

§. Sed & propter paupertatem VI.

IN dem siebenden Platz trittet die Armuth ein, als welche
ebenfalls ein Entschuldigungs-Mittl wider eine zumuthliche 9
Vormundschaft abgibet, indeme sich nicht gezihmet, daß der jene
frembde Sachen besorge, der kaum denen seinigen vorzustehen vermag, und ist auch niemand schuldig andere Güter zu verwalten, der, damit er ihme wider den bittern Hunger fürsehe, gleichsam von Thür zu Thür das Allmosen zu suchen gedrungen ist; doch muß der, so die Armuth vorwendet, selbe auch beweisen.

§. Item propter adversam valetudinem VII.

AChtens wirdet denen jenigen die Entschuldigung von der Vor-
mundschaft oder Versorgung zugestanden, die da mit solchen 10
Kranheiten, oder Unpäßlichkeiten behafftet seyn, daß sie auf ihre eigene Sachen kaum ein wachtbares Aug verwenden, und also um so minder für andere Sorg tragen können, welchemnach dise Entschuldigung sowohl in der Ungemächlichkeit des Krancken, als in dem künftigen Schaden des Pupillen gegründet ist, jedoch gewinnet sie nur wider eine erst zu übernehmende Vormundschaft oder Versorgung Platz, bey einer schon würcklich angetrettenen aber ist folgender Unterschied zu machen, dann entweders ist die nachgekommene Kranckheit unheylbar, und folgsam beständig, oder sie ist annoch heylbar, und nur auf eine Zeit? Im letztern Fall wird der krancke Vormunder nur auf eine Zeit entschuldiget, und indessen ein Versorger bestellet; in ersterer Begebenheit aber bleibt derselbe von der angenommenen Vormundschaft auf ein Beständiges befreyet, und leget dieselbe billich ab, also, daß an seine Stell ein anderer Vormunder geordnet wird.

§. Similiter eos VIII.

11 LIcet autem *Nonò* Divus Pius reſcripſerit, eos à tutela excuſandos eſſe, qui litteras neſciunt, *Text. hic*, hanc tamen excuſationem Juſtinianus univerſaliter & promiſcuè de omnibus litterarum imperitis non admittit, eò quòd ex his multi ratione ſagacitatis, induſtriæ &c. ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere poſſint; *Text hic*, & *L. ſi duas habenti 6. ſſ. fin. ff. de excuſat.* maximè quia Inventarii confectio, & rationum conſcriptio, aliorum ope & opera expediri queunt, prout in Patria noſtra ex plebejis & ruſticis non modò ad tutelas, ſed etiam ad adminiſtrationes Eccleſiarum, Confraternitatum, Xenodochiorum, & aliarum cauſarum piarum, imperiti litterarum, teſte notoriâ obſervantiâ & experientiâ practicâ ſæpiſſimè adhibentur, rationes verò per hos reddendæ à locorum Judicibus & Magiſtratibus expediuntur, adminiſtrationis periculô ipſis tutelam vel aliud officium gerentibus relictô. Neque huic praxi obſtat Jus Bavaricum Land-Recht *tit. 5. art. 6.* ubi dicitur, imperitos, inhabiles (die Ungeſchickte) tutores à tutela amovendos eſſe; hunc enim articulum non tam de ignorantia litterarum, quàm de imperitia circa negotia gerenda intelligendum eſſe, ſatis clarè indicant verba: Wo auch bey der Vormunder oder Verſorger, und Treustrager Perſohnen ꝛc. unſchicklichkeit erfunden, oder verſaumliche Handlung geſpürt wurde. ꝛc. aliàs ſi à tutela vel cura omnes litterarum imperiti excuſationem haberent, ipſi pupilli & minores plebeiorum, imò multæ cauſæ piæ manerent indefenſæ, & neglectæ, ut benè arguit *L. B. de Schmid ad* Land-Recht *tit. 5. art. 1. num. 60.*

§. Item

§. Similiter eos VIII.

Obwohl neuntens nach denen åltern Rechten jene, die des Lesens und Schreibens unkündig waren, von der Vormund- 11
schaft entschuldigt wurden, so lasset doch Justinianus allhier dise Entschuldigung bey denen des Lesens und Schreibens Unerfahrnen, ansonst aber getreuen, fleißigen, und zu Führung deren Geschäfften tüchtigen Personen nicht zu, weil die Aufrichtung deren Inventarien, und Verfassung deren Rechnungen durch die Hände, Mühe, und Arbeit anderer ersetzt werden kan, wie dann nach Zeugnuß der täglichen Erfahrenheit, und allgemeinen Gebrauchs, in unsern Vatterland, aus dem Baurn- und andern gemeinen Volck die des Lesens und Schreibens Unkündige häuffig nicht nur zu denen Vormundschaften und Treustragungen, sondern auch zu Verwaltung deren Gottshäusern, Bruderschaften, Spittällern, und anderer milden Stüftungen, unter der Kirch- und Zöch-Probsten, oder andern Namen angestellet werden, in welchen Fällen die Obrigkeit jeden Orts die Rechnungen an ihrer statt zu verfassen pflegt, jedoch daß die Verwalt- und Verantwortungs-Gefahr denen also Aufgestellten verbleibt. Stehen auch hierwider die Chur-Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 6.* nicht im Weeg, da sie die untaugliche, ungeschickte Vormunder abzusetzen befehlen, dann dises nicht von der Unwissenheit des Lesens und Schreibens, sondern von der Ungeschicklichkeit und Unerfahrenheit in denen zu verrichten habenden Geschäften zu verstehen ist, wie die klare Wort des Articuls anzeigen: wo auch bey der Vormunder oder Versorger, und Treustrager Personen. ꝛc. Unschicklichkeit erfunden, oder versaumliche Handlung gespührt wurde. ꝛc. Ausser dessen, und wann alle des Lesens und Schreibens Unwissende sich entschuldigen därften, müsten die meiste Pflegkinder und Minderjährige der Gemeinen, besonders Baurs-Leuthen, ja auch vile Gottseelige Stüftungen, ohnbeschützt und vernachläßigt bleiben, wie Herr Baron Schmid über die Bayrische Land-Recht *tit. 5. art. 1. num. 60.* mit mehrern erindert.

§. Item

§. Item si propter inimicitias IX.

12 D*Ecima* excusatio inservit illi, quem Pater testamentô tutorem dedit, & quocum antea graves, neque postea remissas inimicitias aluit, quia per hoc magis inimicum suum molestiis divexare, quàm eundem filiis suis tutorem præficere velle videtur, cùm potiùs expediat patri, dare filiis tutores amicissimos. *L. amicissimos 36. in princ. ff. de excusat.* Proinde tali tutori se excusare concessum est, *Text. hîc, & L. si duas 6. §. dat remissionem 17. ff. eod. nec non L. severiter 14 Cod. dict. tit.* quòdsi tamen similis inimicus patri promisisset, se liberorum ejus tutelam suscepturum, excusatio ampliùs locum non habet, *Text. hîc*, quod non tantùm in hoc casu procedit, sed generaliter advertendum est, quòd, quotiescunque justam se excusandi causam habuerit, si tamen Patri de administranda tutela promissionem fecerit, tunc, quia omne promissum cadit in debitum, à tali promissa tutela, stante aliàs quacunque legitima excusationis causa, se ampliùs purgare nequeat. *L. spadonem 15. §. qui patri promisit 1. ff. de excusat. & L. ex sententia 29. in fin. ff. de testamentar. tutel.*

§. Non esse autem X.

13 S*Tatuit hîc* Justinianus, eum, qui asserit, quòd Patri pupillorum fuerit ignotus, ex hoc solo capite à tutela excusari non posse, *Text. hîc, & cit. L. qui spadonem 15. §. qui dixerit 14. ff. de excusat.* tutelæ enim administratio non tam notitiam, quàm dantis voluntatem, & pupillorum bonum respicit.

§. Inimicitiæ XI.

14 PRo *undecima* excusationis causa adducuntur partim jam paulò antè memoratæ inimicitiæ graves & capitales inter patrem pupillorum vel minorum, & tutorem vel Curatorem, si nulla reconciliatio intervenerit; *Text. hîc*, quia, cùm inimicitiæ sæpiùs, si uni personæ obesse non possunt, in conjunctam erumpant, meritò timendum foret, ne pupilli

§. Item si propter inimicitias IX.

Die zehende Entschuldigung kommet dem jenen zu statten, den der Vatter durch Testament zum Vormunder gesetzt, mit wel- 12
chen er zuvor schwere Feindschaft gepflogen, auch von selber nicht abgelassen hat, weil hierdurch ein solcher Vatter mehr seinen Feind zu spotten, und zu belästigen, als seinen Kindern einen Vormunder ordnen zu wollen scheinet, wo sich vilmehr gebühret, daß ein Vatter seinen Kindern die freundschaftlichiste Vormunder bestelle. Falls aber doch ein solcher Feind dem Vatter, die Vormundschaft zu übernehmen, versprochen hätte, so befreyet ihne hievon keine Entschuldigung mehr, welches nicht nur in disem Fall Platz findet, sondern insgemein zu wissen ist, daß, so oft einer eine billiche Ursach, sich zu Entschuldigen, für sich hat, wann er jedoch dem Vatter die Vormundschafts-Führung verheissen hat, alsdann, weil Versprechen macht halten, keine auch gerechtiste Entschuldigung von Annehmung der Vormundschaft entledigen könne.

§. Non esse autem X.

Alhier ordnet Justinianus, daß der jene, welcher vorgibet, dem 13
Vatter des Pupillen nicht gekennt zu haben, diser alleinigen Ursach wegen sich von dem Vormunder-Amt nicht entschuldigen könne, weil die Verwaltung dessen nicht auf die Bekanntschaft, sondern auf den Willen des Anordners, und deren Pupillen Nutzen siehet.

§. Inimicitiæ XI.

Als die eylfte Entschuldigungs Ursach werden hier die zum Theil kurtz bevor schon erwehnte grosse, hauptsächliche und tödliche 14
Feindschaften zwischen einem Vatter deren Pupillen oder Minderjährigen, und einem Vormunder oder Versorger, wann keine Versöhnung entzwischen gekommen, angeführet, weil solche Feindschaften öfters, da sie einer Person nicht zu schaden vermögen, endlich

pilli earundem triſtem effectum ſentire deberent. Quænam autem dicantur inimicitiæ capitales, videatur deſuper *Schneidewin. Inſtit. ad hunc tit. & ʃ. num. 8.*

§. Item is, qui ſtatûs XII.

15 DUodecimò ob hoc ipſum bonum & favorem pupilli, ne ex facto patris periculum ipſi à tutore metuendum ſit, illi quoque excuſatio permittitur, qui à patre pupilli ſtatûs controverſiam paſſus eſt, ſeu cui pater litem movit, an ſit ſervus, vel liber, ingenuus, vel libertus. *Text. h. & L. ſi duas 6. ʃ. ampliùs 18. ff. de excuſat.* Ratio militat eadem, quæ in *præced. ʃ.* timor nimirùm, ne talis tutor injuriam, ſibi à patre per controverſiam ſtatûs illatam, in filio ulciſcatur.

§. Item major XIII.

16 DEcimum tertium excuſationis titulum ætas præbet, cujus intuitu majores ſeptuaginta annis Tutelas evitant. *Text. hîc.* Cùm enim ſenectus ſemper venerabilis ſit, oportet eos non ampliùs tutelis onerari, unde Calliſtratus JCtus *in L. ſemper 5. in princ. ff de jur. immunit.* dicit: *namque Majores noſtri penes eundem honorem ſenibus, quem Magiſtratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia ſubeunda idem honor ſenectuti tributus eſt.* Ex quo ſequitur, quòd, ſicut juxta *ʃ. 3. h. t.* Magiſtratus, ita etiam ſenex ſeptuaginta annos egreſſus, excuſationis à tutela beneficiô gaudeat, cùm enim in decrepita ætate ſenex ſibi ipſi parùm prodeſſe poſſit, inutiliter alienis negotiis præficitur. Interim tamen excuſatio non datur, niſi quis ſeptuageſimum annum compleverit, *L. excuſantur 2. in princ. ff. hoc tit.* hinc etiam in noſtro textu dicitur *major ſeptuaginta annis*, cùm tamen talis non ſit, qui annum ſeptuageſimum non exceſſit.

Altera

noch wider die Anverwandte ausbrechen, sohin zu beförchten ist, daß nicht die Pupillen erst die traurige Würckungen derselben an ihren Persohnen und Gütern empfinden möchten. Was aber für Feindschaften haupt- und tödliche seyen, hievon ist Schneidewin über disen Titl und §. *num.* 8. zu lesen.

§ Item is, qui statûs XII.

Zwölftens eben auch wegen dem Nutzen des Pupillen, damit ihme aus der That des Vatters keine Gefahr von dem Vor- 15
munder zu beförchten stehe, wird auch dem jenigen gestattet, sich von der Vormundschaft zu entschuldigen, welchem der Vatter des Pupillen seinen Stand angestritten hat, ob derselbe ein Knecht, oder freyer Mensch, ein Freygebohrner, oder Freygelassener seye. Die Ursach ist der im vorigen §. beygefügten gleich, damit nemlich ein solcher Vormunder die ihme von dem Vatter durch dergleichen Anstreittung erwisene Unbild an dem Sohn nicht rächen möchte.

§. Item major XIII.

Den dreyzehenden Entschuldigungs Behelff gibet das Alter, in Ansehung dessen ein mehr als 70. jährlicher Greiß der Vor- 16
mundschaft entgehet; dann weil das hohe Alter allzeit Ehren würdig ist, so gezihmet sich nicht, solche erlebte Personen mit Vormundschaften mehr zu beladen, wie dann auch, nach Ausspruch Callistrati, in denen gemeinen Rechten versehen, daß in anzutretten seyenden Aemtern dem Alter die nemliche Ehr und Freyheit, wie denen Magistraten, widerfahren solle; woraus folget, daß, gleichwie nach Ausweisung des dritten §. hieoben die Obrigkeiten, also auch einer, der über 70. Jahr alt ist, sich entschuldigen könne, dann da ein solcher in so ausgemergleten Alter ihme selbst mehr wenig Nutzen zu schaffen vermögend ist, wird er unnutzlich frembden Geschäften vorgesetzet; indessen gewinnet doch dise Entschuldigung nicht Platz, ausgenommen es habe einer das 70ste Jahr würcklich überstigen.

17 Altera pars *hujus §.* agit de minoribus viginti quinque annis, quibus olim etiam facultas se excusandi dabatur, sed hodie ex constitutione Justiniani eò minùs locum obtinet, quò certiùs aliunde constat, minoribus tutelarum administrationem non permitti. *L. fin. Cod. de legitim. tutel. & L. cum filios 2. Cod qui ætat. vel profess. se excus.* incivile enim est, *eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel Curam subire*, ut ait *Text. hic;* ex qua Imperatoris data ratione differentia inter Jus Bavaricum & commune fluit, cùm enim in patria nostra, annô vigesimô primô completô, majorennis quis fiat, & Curatela finiatur, Land-Recht *tit. 5. art. 5.* suisque rebus ita major effectus providere posse dignoscatur, etiam incivile foret, si alienis rebus, nempè pupillaribus, præfici prohiberetur, & per consequens in Bavaria hoc ipso, quòd quis post vigesimum primum ætatis annum ad majorennitatem pertingat, à tutela vel Curatela se ampliùs excusare nequibit.

§. Idem & in milite XIV.

18 DEcimam *quartam* excusationis causam Militia constituit, vi cujus cingulum militare actualiter gerentes, seu actuales milites, non modò à tutela se excusare possunt, sed neque volentes ad ejus administrationem admittuntur, *Text. hic*, ne scilicet à numeris & signis suis avocentur, *L. militiæ 4. Cod. qui dare tutor. vel Curat. poss.* à quibus Reipublicæ salus ac incolumitas dependet. Dixi, *milites actuales*, nam si miles ex militia honestè dimissus sit, pro numero annorum, quibus militavit, vi *L. sed & milites 8. ff. de excusat.* immunitatem à tutela vel cura consequitur; si enim quinquenniô non exactô missionem obtinuit, nullo tempore vacat, si intra octennium, unô tantùm annô, si post octennium, duobûs, post duodecim annos trienniô, post sexdecim quadrienniô à tutela liber est; qui verò viginti annos in militia trans-

Der andere Theil dises §. handlet von jenigen, so noch nicht 25. Jahr erreichet haben, welche sich auch in ältern Zeiten von 17
der Vormundschaft entschuldigen könten, so aber dermal nach Verordnung Justiniani um so weniger mehr diensam, oder nöthig, als ohnehin gewiß ist, daß die Minderjährige zu Verwaltung der Vormundschaft nicht mehr zugelassen werden, dann es wäre unrecht, wann jene, so selbst noch in Verwaltung ihrer Sachen frembder Hülf bedürftig seynd, und von andern regiert werden, die Vormundschaft oder Versorgung über andere auf sich nehmeten; aus welchen der Unterschied zwischen dem gemeinen, und unsern Land-Recht entspringet, dann da in Bayrn die Minderjährigkeit, und folglich auch die Versorgung sich nach dem 21sten Jahr des Alters endet, Land-Recht *tit. 5. art. 5.* sohin einer, der dises männliche Alter erreichet hat, seinen Sachen selbst vorstehen zu können geachtet wird, wurde es auch unrecht seyn, wann ihme verbotten wurde, frembde, nemlich Pupillarische Güter zu verwalten, folglich kan sich einer eben durch das, daß er nach dem 21sten Jahr mannbar werde, von keiner Vormundschaft oder Versorgung mehr entschuldigen.

§. Idem & in milite XIV.

Die vierzehende Entschuldigungs-Ursach machet der Kriegs-Stand aus, Kraft welchen die würckliche Soldaten nicht nur 18
von der Vormundschaft sich entwicklen können, sondern so gar, wann sie auch wolten, hierzu nicht gelassen, damit selbe wegen einer Vormundschaft von ihren Fahnen und Diensten, als von welchen das Heyl und die Sicherheit des gemeinen Weesens abhanget, nicht abgeruffen, noch gehindert werden. Ich habe gesagt, die würckliche Soldaten, dann wann ein Soldat mit Ehren entlassen worden, so geniesset er die Befreyung von der Vormundschaft nach der Zahl deren in Kriegs-Diensten zugebrachten Jahren; dahero, wann einer vor 5. Jahren die Entlassung überkommen, stehet ihme keine, da aber innerhalb 8. Jahren, auf ein Jahr, nach 8. Jahren auf zwey Jahr, nach 12. auf drey, und nach 16. auf vier Jahr die Freyheit von Vormundschaften zu; welcher aber 20.

transegit, poſtea cum honore dimiſſus per totum reliquæ vitæ ſpatium à tutela ſe excuſare poteſt, *cit. L. ſed & milites 8. ſ. qui autem 3.* idque in præmium laborum pro Republica exantlatorum. *L. fin. & ibi Gloſſ. fin. Cod. de his, qui non implet. ſtipend. &c.* Procedit autem hoc quoad tutelas pupillorum, quorum patres militiæ nomen dederunt; mortuo verò relictis filiis milite, talibus pupillis tutor miles, etiam poſt unum annum elapſum honeſtè dimiſſus, dari poteſt. *cit. L. ſed & milites 8. in princ. ff. de excuſ.*

§. Item Romæ XV.

19 DEcima quinta excuſatio Romæ competebat Grammaticis, Rhetoribus, & Medicis, *Text. b.* quod hodie in toto Romano Imperio procedit, quia in *L. ſi duas 6. ſ. eſt autem 2. ff. de excuſat.* deſignatur numerus tum Grammaticorum, tum Rhetorum & Medicorum, quot in qualibet civitate eſſe debeant, qui ſint à tutelis exempti, quæ deſignatio foret inutilis, ſi hoc excuſationis privilegium ſolis Grammaticis, Rhetoribus, & Medicis Romæ exiſtentibus proditum foret. Ratio autem, cur tales à tutelis exemptione potiantur, in *cit. L. ſi duas ſ. & Philoſophos 5.* redditur, quia publicè juvenibus proſunt; cùm ergo jam ſecundùm hoc bono communi & publico inſudent, alia ratione eidem eò minùs invigilare tenentur, quò magis per ſuſceptionem tutelæ in ſuo docendi munere impedirentur, & ideò Docens à muneribus immunis eſt, *L. Eos, qui 9. ff. de vacat. & excuſ. muner.* intereſt enim Reipublicæ, doctos habere, & doctrinam implantari, & propagari; unde Juſtinianus hìc dicit: *& qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt, à tutela & cura habent vacationem,* quoniam enim hæc bonarum artium ſtudia magnam deſiderant ſolertiam & induſtriam, ut juvenum animi iisdem excolantur, & quoniam Reipublicæ ingentem afferunt utilitatem, per tutelas ab his abſtrahendi non ſunt, *arg. Authent. agricultores Cod. quæ res pign. oblig. poſſ. & L. menſores 26 ff. de excuſ.* quod tamen Legum peritos non concernit, his enim, niſi alia elabendi cauſa inſtructi ſint, excuſatio ex hoc capite eo minùs ſuffragatur, quò faciliori, & pupillis conducen-

Jahr im Kriegs-Diensten erstreckt hat, und hinnach ehrlich verabschidet worden, der kan sich durch seine fernere gantze Zeit entschuldigen, und dises geschicht zum Lohn deren für das gemeine Weesen ausgestandenen Gefahren, Mühe, und Arbeiten, haltet aber nur Platz in Betreff deren Vormundschaften jener Pupillen, deren Vätter sich dem Soldaten-Leben ergeben; da hingegen ein Soldat verstirbet, und Kinder hinterlasset, so kan solchen Pupillen auch ein ehrlich entlassener Soldat nach Verfluß eines Jahrs zum Vormunder gegeben werden.

§. Item Romæ XV.

Funfzehendens meldet diser §. überhaupts, daß vor disem zu Rom, nunmehro aber in dem gantzen Römischen Reich, die 19
Professores oder Lehrer der Red- und Schreib- dann der Wohlredenheits-Kunst, die Weltweise, und Medici, sich von Vormundschaften und Versorgungen entschuldigen können, aus Ursach, weil selbe offentlich der Jugend Nutzen schaffen; zumal sie dann in disem Stuck schon dem gemeinen Weesen und dessen Nutzen abwarthen, seynd dieselbe zu anderweitigen Obsorgen nicht mehr verbunden, durch welche sie, als wie zum Exempel durch Vormundschaften und Versorgungen, von ihrem Lehr-Amt verhindert wurden, und ist dahero ein Lehrender von solcherley Burd- Stellen frey, weil dem gemeinen Weesen sehr vil daran liget, daß solche Künsten und deren Lehren befördert werden, welches doch die Rechts-Gelehrte nicht angehet, als welche, wann sie nicht andere Entschuldigungs-Ursachen anzuführen haben, der Vormundschaften und Versorgungen sich um so weniger entschlagen können, je leichter und nutzbarer sie selbe, nach gemeiner Lehr deren Doctorn, zu verwalten fähig seynd. Jedoch heuntiges Tags, wie Someting über disen Titl *num. 6.* davor haltet, seynd alle Professores und Lehrer von was immer für Facultäten und Wissenschaften, deren

Vor-

centiori modo, juxta communem D.D. sententiam, tutelas curásve administrare possunt. Hodie tamen, ut à *Someting Instit. hic num. 6.* insinuat, omnes cujuscunque Facultatis Professores, sive in universitate aliqua, sive in Gymnasiis publicè doceant, à tutelis & Curatelis immunitate fruuntur, cùm pro omnibus eadem ratio pugnet.

§. Qui autem vult XVI.

20 QUi itaque plures ex enumeratis causis, ob quas excusationi locus est, pro se habet, si in probatione unius defecerit, aliam adhuc intra constitutum tempus afferre, & deducere potest. *Text. h. & L. propter litem 21. §. qui se vult. 1. ff. de excusat.*

21 Dixi *intra tempus constitutum*, quia certa præfixa sunt tempora, de quibus mox, intra quæ excusatio apud Judicem loci ordinarium est proponenda, *Text. hic.* non enim confestim appellari debet, nisi excusatio per Tutorem proposita ab ordinario Judice repulsa esset, ut habetur in *L. siquidem 1. §. si quis tutor 1. ff. quando apell. sit.* nam licèt regulariter, si quis munus publicum sibi injunctum declinare intendit, certásque ejus declinandi causas habet, illas non coram eo Judice, qui jussit, ut munus publicum susciperet, sed coram Judice superiori proponere, & probare debeat, Divus tamen Marcus Imperator, in *cit. L. & §.* relatus constituit, ut munus tutelæ exciperetur, ejúsque excusationes priùs intimarentur coram eo Judice, qui vel ipse ad tutelam vocâsset, vel alioquin vocandi potestatem habuisset.

Cæterùm tempus, intra quod excusatio de jure proponenda est, vi *L. scire oportet 13. §. multa verò 1. ff. de excus.* pro duplici circumstantia dupliciter quoque considerari debet. Vel enim Tutor excusationem cogitans à loco, in quo tutela ipsi administranda foret, distat intra centesimum lapidem, seu, quod idem est, minùs quàm centum milliaria Italica, quæ centum milliaria constituunt viginti quinque milliaria Germanica. & tunc intra quinquaginta dies excusationem suam proponere debet; vel distat à loco tutelæ ultrà centesimum lapidem,

hoc

Vormundschaften und Versorgungen befreyet, ob sie schon auf einer hohen Schul, oder in einem Gymnasio ihre Lehr offentlich üeben, weil für samentliche einerley Ursachen streitten.

§. Qui autem vult XVI.

WEr demnach aus bishero erzehlten Entschuldigungs-Ursachen
mehrere für sich hat, der kan, da er in Beweisung der ei- 20
nen nicht hinauszulangen vermögt, innerhalb der bestimmten Zeit
eine andere beybringen, und ausführen.

Ich hab gesagt, innerhalb der bestimmten Zeit, weil gewisse
Zeiten, von welchen gleich folget, vorgesetzt seynd, inner welchen 21
die Entschuldigung vor der ordentlichen Obrigkeit anzubringen ist, massen ein Vormunder nicht alsogleich an den höhern Richter appellieren soll, ausser es seye seine Entschuldigung von der ordentlichen Obrigkeit verworffen, oder abgeschlagen worden; dann obwohl insgemein, wann einer eines ihme auferladenen offentlichen Amts sich weigern will, und dessen gewisse Ursachen hat, derselbe solche Ursachen nicht vor der Obrigkeit, die ihme das Amt aufgetragen, sondern vor den höhern Richter anzubringen, und zu erweisen hat, so ist doch das Amt der Vormundschaft ausgenommen, und die Entschuldigung darwider bey jener Obrigkeit vorzutragen, welche selbst solches Amt auferladen hat, oder aufzuladen den Gewalt gehabt hätte.

Die Zeit aber, inner welcher die Entschuldigung bey der Obrigkeit angebracht werden solle, ist nach zweyerley Umständen zu betrachten; dann entweders ist der Vormunder von dem Ort, allwo er der Vormundschaft sich unterziehen solle, weniger als 100. welsche, oder 25. teutsche Meil Weegs entlegen, und solchen Falls muß sich derselbe innerhalb 50. Tägen entschuldigen; ist er aber noch weiter, und mehr als 100. welsche oder 25. teutsche Meil von dem Vormundschafts-Ort entfernet, alsdann werden ihme zu der

hoc eſt, plùs quàm centum milliaribus Italicis, aut 25. germanicis, tunc enimverò computatis in quemlibet itineris diem 20 milliaribus Italicis (tot enim pro itinere diurno Jura exigunt in *L. itinere faciendo 3. ff. de verbor. ſignit.*) ſive 5. germanicis, poſtquam ad locum tutelæ pervenerit, pro excuſatione facienda adhuc 30. dies habeat, ea tamen cautione hìc ab Imperatore appoſita, ut, ſi citiùs locum tutelæ attigerit, & tempus itineris unà cum 30. reliquis diebus dies quinquaginta non efficiat, eidem ultrà hos 30. adhuc tot dies pro excuſatione concedantur, & ſuperaddantur, quod ad complendum 50. dierum numerum deſunt, ne deterioris conditionis aut ordinis ſit illo, qui intra centeſimum lapidem à loco tutelæ habitat, ut pluribus exſplicatum eſt in *cit. L. ſcire oportet 13. ſ. aliud etiam 2. ff. de excuſat.*

Porrò circa tempus excuſationi proferendæ præſtitutum obſer-
22 vari adhuc oportet, computandum illud eſſe non à die, quo datus eſt Tutor vel Curator, ſed ex quo quis reſcivit, ſe tutorem vel Curatorem datum fuiſſe, *Text. h. & cit. L.* ſcire oportet §. multa verò 1. *verb. diem à quo cognoverit. L. quinquaginta 6. Cod. de excuſat. tutor.* Id ipſum tempus ſi tutor vel Curator datus elabi patiatur, atque intra illud excuſationis ſuæ cauſas allegare omittat, ad proponendas illas poſtea non admittitur, etiamſi illæ juſtiſſimæ ſint. *L. teſtamento 11. Cod. cit. tit.* quin etiam, ſi quis juſtam excuſationis cauſam habeat, eâ tamen neglectâ tutelam vel curam ſuſcipiat, ac negotia adminiſtrare incipiat, is poſtea, utut res adhuc intra quinquageſimum diem ſtet, excuſatione ampliùs uti nequit, huic enim per ipſam adminiſtrationem renunciâſſe cenſetur.

Hactenùs verò memorata concernunt tempus excuſationis Judici proponendæ, aliud verò præfixum eſt propoſitæ excuſationi probandæ & perficiendæ, ad hanc enim datur tempus quatuor menſium continuum, computatis nimirum diebus tam ad agendum in jure vel judicio

Dahinreyse auf jeden Tag 20. welsche oder 5. teutsche Meil angerechnet, und, nachdeme er an dem Ort der Vormundschaft angelangt, annoch 30. Täg zu Anbringung seiner Entschuldigung eingeraumet, jedoch mit diser von Justiniano gebrauchten Fürsorg, daß, wann die Täg der Reyß an das Vormundschafts-Ort, und die an dem Ort selbst verwilligte 30. zusammen nicht 50. Täg ausmacheten, alsdann dem Vormunder noch so vile Täg zugegeben und bewilliget werden sollen, als vile an der 50sten Zahl ermanglen, damit er nicht schlechter oder unwürdiger angesehen seye, als der jenige, welcher näher bey dem Vormundschafts-Ort gelegen ist, welchem überhaupt 50 Täg zugestanden seynd.

Jedoch ist bey der zur Entschuldigung bestimmten Zeit zu bemercken, daß selbe nicht von dem Tag, an welchem einer zum Vor- 22
munder oder Versorger gesetzt worden, sondern von jenem Tag an gerechnet werde, an welchen er zu wissen angefangen, daß er solches Amt übernehmen solle; so nun ein Vormunder oder Versorger dise Zeit verstreichen lasset, ohne während derselben seine Entschuldigung der Obrigkeit vorzutragen, wird er hinnach, wann er auch die gerechtiste Ursachen hätte, nicht mehr hierzu gelassen, oder gehöret. Ja da auch ein Vormunder billiche Entschuldigungs-Behelf weiß, jedoch selbe vernachläßiget, die Vormundschaft oder Versorgung antrittet, und zu verwalten beginnet, ein solcher kan, wann schon die gesetzte Zeit noch nicht verflossen wäre, gleichwohl seiner Entschuldigung sich nicht mehr gebrauchen, weil er sich derselben durch die Annehm- und Führung der Vormundschaft verziehen zu haben geglaubt wird.

Was bishero gesagt worden, betrifft allein die Zeit, vor deren Auslauf die Entschuldigungen vor der ordentlichen Obrigkeit anzubringen, und vorzutragen seyen; ein anders ist, in was Zeit-Frist die vorgetragene Entschuldigungen ausgeführt, und zu Ende gebracht werden müssen. Hierzu nun seynd vier vorlauffende Monat bestimmet, worunter sowohl die zur Arbeit und Gerichtli-

